x ch. 1780. " D. Bruno Kadau prof.us d.s Dantisci, alias prior d.s Berezae, qui 58 annis laudabiliter vixit in ordine. 7.e l.r
ch. 1781. " D. Eusebius Klockner prof.us d.s Dantisci.
ch. 1782. " D. Michael Bartnicki prof.us et vicarius d.s Dantisci.
ch. 1787. " D. Richardus Kode prof.us d.s Berezae, vicarius d.s Dantisci.
+ ch. 1789. " D. Dominicus Budlewski prof.us et coadjutor d.s Dantisci, alias prior ejusdem d.s et d.s Gidlae.—
" " D. Hugo Brunner prof.us d.s Dantisci.
ch. 1795. " D. Casimirus Photius prof.us d.s Dantisci.
" " D. Cajetanus Vittphal prof.us d.s Dantisci.
ch. 1796. " D. Anthelmus Barth prof.us d.s Dantisci, vicarius d.s Berezae.
" " Fr. Joannes Nepomucenus Swietelski conversus prof.us d.s Dantisci.
ch. 1801. " D. Benedictus Hackel prof.us d.s Dantisci, qui 56 annis laudabiliter vixit in ordine.— 8.e l.r
+ ch. 1802. " D. Anthelmus Wirsen (Wiesen) prof.us d.s in Ilmbach, prior d.s Dantisci.
ch. 1808. " D. Aloysius Tiran prof.us d.s Molshemii, vicarius d.s Dantisci.
ch. 1810. " D. Hugo Farine prof.us d.s Nancai, hospes in d.o Dantisci. (et in ch. 1820)
" " Fr. Petrus Harubunda conversus prof.us d.s Dantisci.—

(Florence 14 Avril 1919.)

114

116

Benefactores domus Paradisi Mariae
ex chartis Capituli generalis.

ch. 1392. obiit. Dnus Christophorus magister generalis Ordinis Theutonici in Prussia, die Sti Benedicti, habens tricenarium et anniversarium cum associatione.

ch. 1394. obiit. Dnus Hermannus Procurator Ordinis Theutonicorum habens tricenarium.

ch. 1399. obiit. Joannes Rusingin (iest Russenczin) fundator d. Prussiae, habens tricenarium.

" " Dnus Christianus sacerdos, decretorum doctor, ordinis Theutonicorum habens tricenarium.

ch. 1402. obiit. Dns Henricus Cholichusen .... de Prussia, habens tricen.

ch. 1405. obiit. Dnus Joannes Clenechart magnus procurator ordinis Theutonici habens tricenarium.

ch. 1407. obiit. Dnus Chunradus generalis Magister ordinis Theutonicorum, devotus ordini et magnus benefactor d. Prussiae, habens tricen.

ch. 1409. obiit. Rdus in Xto P. D. Joannes episcopus Pomeraniensis in Prussia, qui multam charitatem fecit domui Prussiae, habens tricenarium.

ch. 1417. obiit. Fr. Otho de Eylenburg thesaurarius ordinis Theutonicorum.

ch. 1418. obiit. Dnus Nicolaus sacerdos ordinis Theutonicorum, praepositus hospitalis Stae Elisabeth.

ch. 1420. obiit Eydmannus Huxer proconsul in Glantzer. (sic).

ch. 1424. obiit. Rdus Dnus Dnus Michael Magister generalis ordinis Theutonicorum, hab. tricen.

" " Petrus Hontfelder civis de Dantzick.

" " Petrus Aomensfeldeez civis in Dantzick.

ch. 1425. obiit. Dns Henricus Snerin vicarius d. in Dantzick (ita se trouve parmi les seculiers)

ch. 1428. obiit. Hermannus Zust consul in Dantzick.

" " Hildebrandus de Elzen consul in Dantzick.

" " Anna uxor Gerardi de Beek in Dantzick.

ch. 1431. obiit Girardus de Beke civis et proconsul civitatis Dantzick, habens anniv. perp. per tot. ord. sub 1a Decembris. —

" " Nobilis Mechtildis Oppechedine de Dantzick. —

178

ch. 1431. obiit. Dna Martha relicta Hincmari Vichals de Dantzick. —
ch. 1432. obiit. Gertrudis uxor quondam Petri Hemgfelder (Homghelder. T.C.) de Dantzick.
" " Cecilia relicta Hermanni Zust de Dantzick. Voir ch. 1428. —
ch. 1435. obiit. Dnus Conradus de Bredesshayn commendator in Dantzick, ordinis Theuto-(-nicorum.
ch. 1436. obiit. Dnus Gabriel de Russanczin quondam miles, habt 1/4 de trieen.
" " Tydemandus Eppencheidz civis de Dantzick. —
ch. 1440. obiit. Walterus Oldach consul in Dantzick, et Catherina uxor ejus.
ch. 1441. obiit. Magnificus D.D. Paulus magister generalis ordinis Theutonicorum.
" " Honesta Dna Kunegundis Gzaun civissa in Dantzick.
ch. 1442. obiit. Andreas de Slormiore plebanus in Gdanzk (Gdanck)
" " Religiosus vir D. Jodocus (Jacobus. T.C.) Stenpperger ordinis Domino-rum Theutonicorum. —
ch. 1443. obiit. Dnus Henricus de Malva vicarius in Dantzick. —
ch. 1445. obiit. Dnus Hermannus Tralaw vicarius in Dantzick.
ch. 1446. obiit. Dnus Paulus de Prussia
ch. 1449. obiit. Strenuus vir Walterus Henchoff religiosus frater ordis militaris Theuto-(-nicorum.
" " Honorabilis et religiosus vir D. Engelhardus Notheffr ordinis Domino-rum Theutonicorum. —
ch. 1450. obiit. Magnificus Princeps et praepotens D.D. Conradus de Erlichusen magister generalis Ordis D.D. Theutonicorum, fundator novae plantationis d. Pacis Dei prope Schivelbein, qui habet per tot. ord. plen. cum ps. monath. + 7 nov. —
ch. 1452. obiit. Elisabeth uxor Reginaldi Eigelhankoff civis in Dantzick.
ch. 1453. obiit. Honesta mulier Ermud civissa in Dantzick.
8. ch. 1455. obiit. Reynoldus Eighaighoff civis in Dantzick, magnus benefactor d. Paradisi Mariae.
" " et Elisabeth uxor ejus.
ch. 1456. obiit. Michael Watzele civis in Dantzick. —
ch. 1459. obiit. Paulus famulus d. Paradisi Mariae.
" " Dna Catharina Luvingasche in Dantzick.
ch. 1460. obiit. Honorabilis D. Joannes Leve(na?) de Prussia, magnus fautor ordinis.
ch. 1462. obiit. Serenisma Dna Dna Sophia regina Poloniae senior, habt tric. per tot. ord.

120

ch. 1462. obiit. Dnus Andreas plebanus majoris oppidi Dantzick, ordis D.D. Theutonicorum.
" " Paulus Valdenbach (Vrildembach) civis in Dantzick.
" " Dnus Jacobus de Melwa ordinis Theutonicorum.
ch. 1464. obiit. Rdus in Xto P. D.D. Gaspar episcopus Pomeraniensis in Prussia, habens in provincia Saxoniae plen. cum ps. monach. obiit vigilia Simonis et Judae. (27 oct.)
B. " " Discretus vir D. Joachim de Beka consul civitatis Dantzick, magnus benefactor Ds Paradisi Mariae.
B. ch. 1465. obiit. Margarita Bokeris magna benefactrix Ds Paradisi Mariae.
ch. 1468. obiit. Magnificus D.D. Ludovicus de Erlichshusen magister generalis ordinis Dominorum Theutonicorum, fundator Ds Pacis Dei prope Schiwelbein, habens anniv. perp. per tot. ord. sub die Sti Ambrosii (7 dec. ou 4 Avril?).
B. " " Gertrudis magna benefactrix Ds Paradisi Mariae.
ch. 1470. obiit. Magnificus D.D. Henricus de Planwen magister generalis ordinis Dominorum Theutonicorum.
ch. 1472. obiit. Margarita uxor Andreae Becker civis in Dantzick.
ch. 1488. obiit. Dnus Martinus Boele proconsul in Gedano ?
x 1493 voir plus bas
B. ch. 1501. obiit. Gregorius Van Ruden benefactor Ds Dantisci.
ch. 1502. obiit. Herius Estigerit civis Gedanensis.
B. ch. 1504. obiit. Magnificus Nicolaus de Baysin magnus benefactor Ds Paradisi Mae et Schiwelbein, ubi aedificavit tres cellas monachorum, et dotavit redditibus pro inhabitantibus eas, habens plen. cum ps. monach. in prov. Saxoniae, et anniv. perp. associandum etc. obiit 25 Martii.
x ch. 1493. obiit. Dnus Petrus Gruginensis (Grunenter. t.c.) benefactor Ds Paradisi Mae
B. ch. 1507. obiit. Circumspectus vir Magister Theodericus Prondequin
" " et Dna Elisabeth uxor ejus.
" " Dnus Georgius cum uxore Barbara,
" " Providus vir Gerardus Bowest
} Benefactores Ds Dantisci.
B. ch. 1511. obiit. Illustris Princeps D. Fridericus de genere Ducum Misne (Misniae t.c.) benefactor Ds Paradisi Mariae. —
B. ch. 1514. obiit. Rdus in Xto P. D. Lucas episcopus Warmiensis, benefactor Ds in Prussia.

122

8. ch. 1515. obiit. R^dus in X^to P. D. Nicolaus Crapitz episcopus Culmensis, benefactor d^s Paradisi M^ae, habens plen. cum ps. monach. in prov^a Saxoniae, cujus obitus denuntiatur in domibus dictae provinciae. —

ch. 1516. obiit. Dnus Joannes Felezer in Gedano.

ch. 1519. obiit. Venar^dus P. D. Nicolaus Schwitzberg (Swichterbeg. t.c.) officialis Domini gratiosi Wladismensis (sic), in causis praetor d^s Paradisi Mariae. —

ch. 1530. obiit. Egregius et vener^dus D. Gaspar Greffe factor ordinis et d^s Paradisi M^ae magnus benefactor, sacerdos. —

ch. 1601. obiit. Rev^mus et Illustr^mus D. D. Hieronymus comes a Rozdrazow, episcopus Wratislaviensis et Pomeraniae, habens per domos majoris cartusiae, Lugduni et Dantisci missam cum agenda per priores dictarum domorum celebrandam. —

ch. 1736. obiit. Perillustris ac Rev^mus D. D. Godefridus Henricus Baro de Culenburg canonicus Cathedralis (ecclesiae!) Varmiensis Scholasticus Kamenecensis, dynasta in Golingen, singularis amicus Ordinis et d^s Dantisci, benefactor amplissimus, habens miss. de B^ta M^a per tot. ord. et anniversar. perp. sub 26 junii 1734. —

1241

126

Cartusia Dantiscana Paradisi B^tae Mariae. – 1380.–

(Ex D. Joc. Capus in no volumine msc.) provinciarum Alemaniae pag. 214 et 215 = et 678-680.)

---

p. 678. «Domus Paradisi B^tae Mariae in Prussia a Dantisco quatuor leucis distans versus occidentem, anno 1380 a nobili Joanne de Reussentez in constructa in silva Cuspin, et dotata tribus villis Guspino, Gappel et Gdigna.

1382. Capitulum generale praecepit Rectori de Pleida in Prussia quod revertatur ad domum professionis suae in Stetin, visis praesentibus, et cum fundatore dictae domus expleverit dictam domum tam aedificiis quam etiam in reditibus competentibus, tunc postea ibi mittentur personae cum priore. –

1383. – Fuit ordini incorporata per cartam, domus Dantiscana Paradisi B^tae Mariae his verbis: Accepimus et incorporamus ordini domum Paradisi B^tae M^ae in Prussia et ibidem proficiemus in Rectorem D. Joannem Saxonem, Anno sequenti 1383 (i.e. 1384?) institutus fuit in primum priorem. –

p. 114. Anno 1381, die 8 mensis augusti monasterium cartusiensium in oppidi Wladislaviensi inter duos lacus quatuor milliaribus a civitate Gedanensi (Gedanum et Dantiscum idem est) distans per Joannem Ruscinki militem natione polonum, pro insigni nobilitatis honore cum capite Sturionis (ita) deferentem, fundatum est, qui pro dote praefato monasterio tres villas suas hereditarias Kolplen, Gaple et Gdiny a prope fluvium Radunya in terra Pomeraniae consistentes donavit ad incolendum ipsae fratres cartusienses ex monasterio Pragensi vocavit. Ex tunc locus ille Paradisus Mariae vocari coepit. – Ex Polonicarum rerum Joannis Pictorii tomo 2° cap. 35 lib. 4. pag. 179. –

Haec domus defecerat ad cistercienses, sed nostro tempore restituta est ordini sub auspiciis Sigismundi Poloniae Regis. –

Litterae Fundationis quibus villae tres Ordini nostro concedunt, confectae sunt 1382, 29 Junii. –

In nomine Domini Amen. Quoniam Apostolico intonante eloquio, omnes ante tribunal Christi astabimus prout in corpore gessimus sive bonum sive malum recepturi, oportet nos extremae messis diem piis misericordiis praeoccupare, ac in terris seminare, quod in coelis multiplicato fructu metere valeamus

-leamus, qui enim parce seminat parce et metet. Sed quia sacrosancta Regilio ordinis Cartusiensis, quam victoriosissimus Rex contra tenebrarum principes, ut castrorum acies ordinavit, tanto serius est amplexanda, quanto professores ipsius procul a terrenorum tumultu semoti divinis obsequiis sunt mancipati. — (L'auteur a mis ce qui précède avant le titre litteræ etc... je suppose que c'est le prologue de la charte de fondation —) —

Noverint universi, ad quorum notitiam præsentia pervenerint, quod Ego Joannes Domini Petri de Russentez in filius, divinâ cooperante gratia præfati ordinis ductus devotione, matura deliberatione prehabita et consensu meorum verorum hæredum, in remedium animæ meæ ac meorum parentum, ad construendum prædicti ordinis monasterium, omnia bona mea hæreditaria ubicumque ea habui, tenui et possedi, de Reverendi Domini magistri generalis Wiurici de Kneiprode ac præceptorum licentiâ, obtuli, dedi, donavi et præsentibus dono videlicet villam Cuspin cum silvâ septuaginta mansorum in qua est situm monasterium, et tribus stagnis cum medio et molendino cum cæteris suis limitibus et attinentiis. Item villam Czapel cum molendino, silvis, pratis, piscinis cæterisque juribus et pertinentiis. Item villam Gdingen cum omnibus suis usibus et pertinentiis perpetuo proprietatis titulo possidenda. Renuntians ex nunc tam pro me quam pro meis hæredibus, quicquid juris ad me hucusque pertinebat omnem usum aut proventum dictorum bonorum, ad prædictum monasterium integraliter transferendo. In cujus rei testimonium sigillum meum et sigilla patris mei necnon patruorum meorum Seifridi et Stephani præsentibus sunt appensa. Datum anno 1382 ipso (die!) B. Apostolorum Petri et Pauli. —

p. 215 Nomina quorumdam Benefactorum cartusiæ Paradisi Mariæ prope Dantiscum ex cartis Capituli generalis. —

Raynoldus Erglinghoff in Dantzik magnus benefactor hujus domus et Elisabeth uxor ejus ex charta 1455 . . . . . 1455.

Dnus Joannes Lene de Pruscia magnus benefactor hujus D. obiit 1460.

Discretus vir Dnus Joachim de Beka consul civitatis Dantisci magnus benefactor

factor hujus D. Paradisi M^ae ob. ät 1464 . . . . . 1464.

Margarita Bockersche magna benefactrix hujus D. ob. ät 1465.

Gertrudis magna benefactrix hujus D. Paradisi M^ae ob. ät 1468.

Dnus Petrus Hurenberg benefactor hujus domus ob. ät 1493.

Dnus Gregorius van Ruden, benefactor hujus D. Paradisi M^ae ob. ät 1501.

Dnus Nicolaus de Buysen (à la pag. 678 il écrit: de Barres in) benefactor domorum Dantiscii et Schwetzii, ubi aedificavit 3 cellas monachorum et dotavit redditibus pro inhabitantibus eas, habens plen. monach. in prov^a Saxoniae et amiv. pepet per tot ad. 25 martii 1504. (à la page 678 il écrit seulement magnus benefactor hujus D. ubi etc. .. ce qui serait tout différent.) 1504.

Ill^mus Princeps ac D.D. Fridericus de genere Duum Misniae benefactor hujus D. Paradisi B^tae Mariae in Prussia ob. ät 1511 . . . . . 1511.

R^dus D. Lucas episcopus Warmiensis benefactor hujus D. ob. ät 1514.

R^dus D. Nicolaus Crampietz episcopus Culmensis benefactor hujus D. Paradisi M^ae in Prussia habens plen. monach. in provincia Saxoniae ob. ät 1515.

Dnus Nicolaus Swichterbin protector hujus D. ob. ät . . . . . 1519.

Dnus Gaspard Breffe factor ordinis et magnus benefactor hujus D. ob. ät 1530.

1498. Catalogus omnium Priorum et quorundam officialium cartusiae Dantiscanae a sua fundatione 1380, collectus ex cartis Capituli nostri generalis cum anno et die obitus eorum. —

D. Joannes Barco primus 1381-1396. — D. Jean Tatarow (a Natan. prior hujus D. ob. ät 1400 2/ab. mai. — hub. Schm.) profès de Natin, ensuite Restaurat de pag. 215 il dit: D. Joannes prior exch. 1412 Rugenwald 1397-1404. Mort 3 fév. 1412, exch. 1412, fuerat et in Pomerania. —

1396-1405. — D. Jean Lange et D. Stanislaus, homo fanor. Langhe, frère de Patriach en 1406. tids imus cum opinione sanctitatis Mort 21 juin 1409 ex ch. 1410 ob. ät 30 nov. 1429, aetatis 66, conversionis 47. — (n'en parle pas à la pag. 215. —

D. Joannes Fridericus quondam prior et prof.us d. in Prussia, et etiam Rector d. Pomeraniae ob. it 1435. –

1405 – 1410 (1412?). – D. Jean de Friedrich prof. de la maison, Recteur de Rugenwald 1394-1396. Mort 15 Aug. 1434.

D. Nicolaus Berger cujus encom. d. mia antea s. etis descripti, ob. it 29 oct. 1434.

(D. Nic. Berger d. un prior ob. it 29 oct. 1434, p. 115)

1410 / 1412 – 1432. – D. Nicolas Berger prof. Mort 28 Aug. 1434. ex ch. 1435.

D. Henricus Plone magnus cantor ordinis ob. it 18 julii 1444 alias prior d. coronae M.ae in Pomerania. Hic aedificata ecclesia posuit summum altare cum 8 degantissimis statuis pure deauratis quod jam quidem depositum, adhuc servatur ad partem ecclesiae.

(D. Henricus Plone prior d. antiqui ob. it 18 julii 1444 alias prior coronae M.ae p. 215.) –

1421-1429. Mort 19 juillet 1444, ex ch. 1445.

1444 – 1457. – D. Jean Königswald prof.us d.

D. Joannes Königswald prior d. Paradisi M.ae ob. it 1464, 25 martii (il l'avait eu antérieurement – 1465, 16 sept. dit il un peu plus loin)

D. Theodoricus Sudeni vic. d. Paradisi M.ae ob. it 1457.

D. Joannes Swarcgbwald [illegible] victor d. ob. it 16 sept. 1465 habens annis p. ex tot. ord. –

1461 – 1464, 25 Mars. D. Jean Königswald d'après Schw. Mort 25 Mars 1464. ex ch. 1465.

D. Gaspardus prior hujus d. ob. it 22 dec. 1470. Eodem anno ob. it D. Georgius prof.us hujus d. prior coronae M.ae 7 januarii.

an 1464 – 1470, 10 Mars. D. Gaspard prof.us d. mort en charge le 10 mars 1469 – mais je crois plutôt en 1470 + ex ch. 1470. –

D. Erasmus prof.us hujus d. prior Pacis Dei ob. it 7 martii 1469 (D. Erasmus 1.us prof.us et prior Pacis Dei, 2.us Paradisi M.ae ob. it 1470 nonis martii. Il est dit accité. –)

1470. Mars à sept. D. Nicolas Königk d'après les Ms. – Schwangel le fait prieur en 1451 à 1457. – Mort 27 Avril 1492 ex ch. 1493. –

D. Joannes Grave prior hujus D.s obiit 1484, alias prior coronae Mariae. (D. Joannes Grave monachus prof.us et alias Prior 1473 obiit 1484 - pag. 215) -

D. Nicolaus Koniq prof.us et vicarius hujus D.s obiit 1493, 27 aprilis, alias prior et procurator, cujus encomia alias fuse. -

D. Joannes Lange convisitator prov.ae Saxoniae obiit 1496, 21 junii. - (D. Nicolaus Lange monac. prof.us et alias prior hujus D.s et convisit.or prov.ae Saxoniae obiit 1496 21 junii, pag. 215.) -

D. Andreas prof.us et quondam prior hujus D.s obiit 1497. -

D. Antonius Libenwalst prior hujus D.s obiit 1498, 11 junii. -

D. Matthaeus Honomani alias prior vic. et proc.r D.s Paradisi M.ae obiit 1517.

D. Joannes Hoffman prior hujus D.s obiit 1517, 23 junii. Jonas

D. Paulus Tornirer prior D.s Paradisi M.ae obiit 1521, 4 oct. Virbonus et devotus. -

1471-1480. - D. Jean Grave prof.us D.s d'abord prieur de Rugenwald et de Dantzick pas avant le commencement de 1471. Mort 25 Dec. 1483, ex ch. 1484.

1480-1485. D. Nicolas Joannes Lange prof.us D. Mort 27 oct. 1496, ex ch. 1497

1485-1489. - D. André Bretschneider prof.us D.s. Mort 5 juin 1496 ex ch. 1497

1489-1492. - D. Matthieu Haveman prof.us D.s Mort 23 Juin 1516, ex ch. 1517.

1492-1498, 11 Juin. D. Antonius Liebenwald prof.us D.s Mort 11 juin 1497 ex schur. mais ex ch. 1499.

1498-1504. D. Laurent Widow prof.us D.s Mort 24 juillet 1522 ex ch. 1523.

1504-1510. D. Gregoire Rathe prof.us D.s Mort inconnue. sorti de l'ordre?

1510-1521. ch. D. Paul Tornier prof.us D. Mort 4 oct. 1521 ex ch. 1522.

D. Laurentius Widaw monachus profus d. Paradisi Mae obiit 24 julii 1523 [illegible] prior ipsius d. [illegible] D. Georgius Tile profus hujus d. 54 en laud. vixit in ordine obiit 1526. —

1521-1527. — D. Jean Koniez profus d. Mort 18 janv. 1533.

D. Joannes Cornier prior hujus d. 1523, obiit 1533, 15 febr. profuit 10 annis. — 1524 in die nativitatis Bae Mae Virginis Pomerani vicini hujus d. qui virulentum dogma Lutheri receperant, domum hanc invaserunt, et ven. patre D. Joanne Conier (sic) priore horrendum in modum torto, omnia hujus d. mobilia substulerunt. Ex chronica Prutenica impressa 1595.

1527-1558, 16 Mai. D. Jean Hamer profus d. Mort 16 Mai 1560, dit schw. mais son obiit est dans la chr. 1559 doit être mort le 16 Mai 1558. —

D. Joannes Hamer prior d. Paradisi Mae obiit 1559, 16 maii.

D. Andreas Eureux profus d. Sti Martini in Monte solis prope Campis et olim prior d. Paradisi Mae obiit 1580.

D. André Lient mort alias prior ex ch. 1580.

D. Joannes Spir prior hujus d. qui videns domum versari in summo periculo assumptis privilegiis secessit Hildesium, ibidemque factus prior 1584, obiit 1611. —

156 — 1570. — D. Jean Spier profès d'Hildesheim

1571-1581. — D. André Hasman profus d. Mort inconnue

D. Joannes Hasemman prior successit, sub quo Abbas monasterii olivensis

olivensis fraudulenter domum hanc occupa-
vit eique tandem pervasit quod ad institutum
cisterciensem transiit, qui tamen poenitentia ductus ad nos rediit.

D. Lambertus Ninglus prof.us d. Zevirensis prior d. Paradisi M.ae et alias d. Moguntiae ac convisit.or prov.ae Rheni obiit 1603 in itinere pro ordinis obedientia et negociis, vixit in ordine laudabiliter 47 an. habens plenam monach. et miss. de B.ta.

D. Petrus Vitellius alias Hayman prof.us et prior Rutilae convisit.or prov.ae Rheni obiit 1633, habens missam de B.ta, alias prior d. Paradisi M.ae prope Dantiscum 1603. —

D. Henricus Villarius prof.us Rutilae 1614 a conventu hujus d. electus per ch. confirmatur, natione Leodicensis, vir solide doctus et quinque diversarum linguarum peritus, religiosus et summus paupertatis amator; praefuit 9 annis, rediit ad domum suae professionis. D. Henrico Vilario priori Dantisci 1622 fit per ch. mia. — obiit procurator d. Rutilae 1636, habens missam de B.ta in 7 prior.iis Alemaniae. —

D. Joannes Udalricus Rephius a prioratu Molshemii absolutus fit per ch. 1622 prior hujus d., et obiit 1645, 3 aug.

prof.us

1589-1602, 3 Aug. D. Lambert Ningl profès et vic. de Trèves 1567-1573, prieur de Mayence 1573-1592. Recteur de Dantzick 1589-1592 et prieur 1592-1602 4 Aout. — conv.r 1576-1591 et 1592-93. Mort 3 ou 4 Aug. 1602.

1602-1613, Aout. Pierre Hayman Ittelius profès et proc.r de Rettel, proc.r à Dantzick, puis prieur 1602-1613, Aout élu prieur de Rettel 1613-1632, 16 sept. ex ch. 1633. —

Jan. 1614-1622 ch. D. Henricus Villarius profès de Rettel élu prieur le 7 janv. 1614 au chap. 1622. — Mort 24 dec. 1635 ex ch. 1636.

ch. 1622-1645, 3 Aug. D. Jean Uldaric Rapffius profès de Mayence, prieur de Molsheim 1619-1622, de Dantzick ch. 1622-1645, 3 Aug. ex ch. 1646. —

prof.ne S. Moguntiæ, prior S. antisi ab eiusdem S. Molshemii 1619, habens monach. per tot. (a.) D. Joannes prof.ne et proc.r ob.it 1626. — D. Antonius Menna prof.ne S. Rutilae vic. S. Paradisi M.ne ob.it 1635, conversionis 60 hab.t mis. de B.ta in 7 prov.ne Alemaniae. Decor. de lit. A. — D. Joannes Desiderius prof.ne et proc.r ob.it 1640. —

1645-1662, 17 Dec. D. Philippe Bolman prof.ne S. Mort 17 Dec. 1662. ex ch. 1663.

1663-1670, ch. D. Antoine Ziegler prof.ne S. Mort 7 Janv. 1674, ex ch. 1674.

ch. 1670-1678 ch. D. Jean Bilstein prof.ne S. prieur de Mach 1661-1670, de Dantzich

D. Philippus Bolmar prof.ne et prior S. Santisi ob.it 1663, 17 dec. ætatis suæ 75, conversionis 53, habens mis. an. de B.ta. Hic ante multis annis fuerat procurator hujus S. Monasterii officio plurimos labores pro hac domo exantlavit, et multas lites quas ratione terminorum cum vicinis nobilibus habebamus sua diuturnitate composuit. Prof.ut 17 annis. —

1670-1678, de Bischheim 1678-1693, 25 Avril ex ch. 1694. Consil.r 1664-1665. Visit.r 1665-1670 et 1678-1693, 25 Avril

ch. 1678-1691, 17 Aug. D. Laurent Landrich prof.ne S. prieur d'Embach 1662-1677, de Bischheim 1677-1678. Mort 17 Aug. 1691 ex ch. 1692. —

D. Georgius Heuserus prof.ne et proc.r et senior S. Santisi ob.it 1648. — D. Jacobus Simeon prof.ne et proc.r ob.it 1659 (a.) (Vir valde religiosus ac prudens qui huic domui semma laude ac profectu tam temporali quam spirituali prof.uit 23 annis. Cuire rapporte au prieur D. Joannes Rupfius.)) —

1er Janv. 1692-1711, 28 Avr. — D. Pierre Beyer prof.ne S. Mort 28 Avr. 1711, ex ch. 1712.

4 Dec. 1712-1728, 15 Avr. D. Guillaume Loesberg prof.ne S. Mort 15 Avr. 1728, ex ch. 1729.

1er Juin 1728-1735, 28 Juillet. D. Jean Marx prof.ne S. Mort 28 Juillet 1735 ex ch. 1736.

1663 — D. Antonius Viglerus natione Lotharingus ex oppido Sirch. — (habemus D. Jos. Capus. — 27 Jun. 1697.). —

1735-1766, 27 Dec. D. Georges Schwengel prof.ne S. Mort 27 Dec. 1766 ex ch. 1767. —

1767-1778. — D. Joseph Milkau profes. d. mort avant nov. 1778, ex ch. 1779.

2 Nov. 1778-1779 ch. D. Joachim Bäyer profes. Recteur, puis Recteur de Gidles ch. 1779-1782, 5 oct. Mort in commune.

ch. 1779-1787, 6 nov. D. Dominique Budlewski profes. d. prior Gidles 1763-1779. — Mort ex ch. 1789.

6 Nov. 1787-1801. — D. Anthelme Wiesen profès et procr. d'Ilmbach, mort avant Août 1801, ex ch. 1802. —

28 Aug. 1801-18... D. Bruno Sanzi profès et procureur de Rettel, vicaire de Dantzick, élu prieur 28 août 1801.

136

+

J. M. J.

Cartusiæ

Regni Poloniæ.

1ª Cartª Paradisi B. V. Mæ prope Dantiscum. 1381.

Domus Poloniae. –

Tres domos Ordo Cartusiensis in Regno Poloniae numerat, quae decreto Capituli gen. A° 1677 ex Prov.ª Rheni ad provinciam Alemaniae super.is translatae sunt. De quâ translatione charta anni praedicti sic ait: « Quia domus Dantisci, Gidlae et Berezae a caeteris domibus Prov.ae Rheni sunt remotissimae, et multo viciniores domibus Alem.ae superioris: propterea decernimus et ordinamus illas tres domos esse de caetero unitas Prov.ae Alem.ae sup.is, cui etiam Prov.ae taxa pro Capitulo augebitur pro ratta competente praefatis domibus: et similiter taxa Prov.ae Rheni minuetur pro ratta praedictis domibus assignata. » Domus Dantiscana jam olim ab ipsa sui fundatione usque ad annum 1412, fuit de gremio Prov.ae Alem.ae sup. Cujus primam fundationem referens Joannes Dtugossus (lib. X. Historia Pol. ad an. 1381) ait: « ~~Cujus primam fundationem~~ Fuit autem id secundum monasterium pro Ordine et Religione Cartusianorum in Regno Poloniae, et sub Polonica Ecclesia fundatum: » reputans domum Lechnicensem pro prima in Regno Pol. Cartusia, quamvis haec (uti jam dictum est) non intra dicti Regni confinia, sed in confinio Regni Poloniae et Ungariae olim sita fuerit.

In charta Capituli anni 1480 legitur: « missa de Dnâ n.° 3, Pro Rev.mo in X.to P. et D. Dtugosso Archiepiscopo Leopoliensi fundatore novae plantationis in Cracovia fiat idem » De qua fundatione infra suo loco dicetur.

A° 1601 obtulit Capitulo gen. Joannes Felix Herburt Senator Regni Poloniae, fundationem et dotationem novae domus in Russia juxta Premisliam, sed haec in ipso partu suffocata est, uti infra dicetur.

Feliciores postmodum in almo Poloniae Regno progressus fecerunt Cartusia Gidlensis, fundata circa annum 1640, et Bezenana fundata A° 1648, quae una cum matre suâ Cartusia Dantiscana sub umbra alarum Aquilae albae usque nunc florent.

Cartusia
Paradisi Beatæ Virginis Mariæ
prope Dantiscum.

Quod motivum fuit fundandæ istius Cartusiæ. —

In archivo domestico reposita est quædam epistola D. Erasmi Krans senioris professi hujus domus quondam ab eodem ad D. Leonem Le Vasseur vicarium Cartæ Borboniensis scripta, in qua motivum fundationis refertur in hæc verba:

« A° Dni 1382 Cartusia Paradisi Mæ prope Dantiscum fundata est a nobili Prutheno Joanne Russenczin ob miraculum circa ejus matrem (sororem, puto corrigend.) factum, rarum plane ac stupendum, quod ita se habet: Ista infelix mulier, cum esset valde speciosa, quodam die ingressa Ecclesiam, cum vidisset in introitu statuam B. Mæ Virginis pulcherrime exornatam, interrogavit pedissequam suam, utrum ipsa esset tam formosa, ac illa statua? Illa negante, rediit domum; et omnibus ornamentis suis ornavit se; ac deinde rediens, denuo interrogavit? Cumque pedissequa illius respondisset ut antea (jam enim ipsa imago miraculose supra modum fuerat interim exornata) hoc indigne ferens, furens et blasphemans exivit de templo, et statim abrepta a diabolo per aera sublata est. Cui cum excidisset una de crepidis, in eodem loco, ubi illa inventa est, domus nostra fundata est. Sic habet antiqua traditio. Et hæc ipse audivi a magistro meo, quondam vicario hujus domus ante annos 54 (D. Joannes Voerman Namurcensis, profm Dr Trevirensis, qui Vicarium egit in hac domo annis 29 nempe ab a° 1589 usque ad an. 1618 quo reversus est Treviros).

F. Erasmus profm Dr Paradisi Mæ et senior Provæ Rhenanæ, 55 annos habens in ordine A° 1666, 16 februarii

Traditionem hanc etiam meo tempore Seniores Patres (quorum nonnulli in juventute præfatum patrem D. Erasmum commensalem habuerant) junioribus narrare solebant, cum clausula quod illam crepidam, quæ dictæ mulieri per aera sublatæ deciderat, Babuleus

(qui illa horâ pecora in hoc deserto gyraverat et horrendae istius volatus spectator fuerat) leraverit, eamdemque D. Ioanni a Russenegin retulerit, cum narratione rei gestae.

Cannaberg Chronographus scribit Cartusiam hanc a D.o Ioanne Russenegin fundatam in gratiam moesororis. Henneberger autem habet: Durch verterhallen, id est propter suam sororem. Quae quidem verba perpendens, crediderim ea, quae de Matre fundatoris traduntur, potius sorori ejusdem accidisse. Cui fides adstruitur ex litteris primae fundationis, in quibus Fundator utitur his verbis: in remedium animae meae ac parentum meorum, nullam prorsus de sorore mentionem faciens. Unum minor quod illa statua B. M.ae V. ob tantum miraculum non sit conservata, et quod illa ecclesia penes quam hunc casum contigisse perhibetur, penitus ignota sit.

Habetur in Archivo Gistola D. Mich. Mörckens prof. Coloniensis de 1713, qua postulat sibi transmitti documenta de orta et progressu hujus domus nostrae, et addit: hagium uxoris ejus (Fundatoris) extinctum scio, hinc non et opus scribere, quia praestat illum supprimere. Sed mse D. Henrici Villarii quondam (1614) Prioris domus hujus contrarium docent, sic aiens: D. Ioannes de Russinegin Fundator fuit homo (ut puto) caelebs, quod huic colligo: 1.o quia omnia bona sua hereditaria donavit Cartusiae, 2.o quia in eadem donatione nulla fit uxoris aut liberorum mentio, quorum consensus accedere debuisset, 3.o quia donavit cum consensu Patris et Patruorum tanquam haeredum, 4.o de morte uxoris nulla fit mensio in chartis capitulizen. quae procul dubio fieret ut Fundatricis.» Sed quidquid sit, licet praefata narratio aliis veterioribus scriptis probari nequeat, arbitror tamen eam ideo non deserendam, sperosque neminem unquam sensato vino suspicionem ineat, quasi eamdem (si fabula sit) D. Erasmus supradictus ex professo fabricaverit.

Litterae primae fundationis et dotationis. —

In nomine Domini Amen. Quia apostolico intonante eloquio, omnes ante tribunal Xti astabimus, prout in corpore gessimus, sive bonum sive malum recepturi, oportet nos extremae messionis diem piis misericordiae operibus praevenire, ac in terris seminare, quod in coelis multiplicato fructu metere valeamus. Qui parce seminat, parce et metet. Sed quia sacrosancta Religio Cartusiensis Ordinis, quam victoriosissimus Rex contra tenebrarum Principes et cacodaemonum acies ordinavit, tanto sincerius est amplexanda, quanto professores ejus

illius procul a terrenorum tumultu remoti, divinis obsequiis sunt mancipati; noverint igitur universi, ad quorum notitiam praesentia pervenerint, quod ego Joannes D. Petri de Russenczin filius, divinâ cooperante gratia, praefati Ordinis ductus devotione, matura deliberatione praehabita et consensu meorum verorum haeredum, in remedium animae meae ac meorum Parentum, ad construendum praedicti Ordinis monasterium, omnia mea bona haereditaria, ubicumque ea habui, tenui atque possedi, de R.di D. Magistri Generalis Wynrici de Knyprode, ac Praeceptorum licentia, obtuli, dedi, donavi, praesentibus et dono videlicet villam Calpryn cum sylva 70 mansorum, in qua est situm monasterium, et 3 stagnis cum medio, et molendino, ~~sylvis, pratis, piscinis, caeterisque juribus~~ cum caeteris suis limitibus et attinentiis. Item villam Czapel cum molendino, sylvis, pratis, piscinis, caeterisque juribus et pertinentiis. Item villam Gdynge cum omnibus suis usibus et pertinentiis, perpetuo proprietatis titulo possidendam, renuncians ex nunc tam pro me quam pro meis haeredibus, quidquid juris ad me hucusque pertinebat, omnem usum et proventum dictorum bonorum ad praedictum monasterium integraliter transferendo. In cujus rei testimonium sigillum meum, et sigilla Patris mei, necnon Patruum meorum Sefridi et Stephani, praesentibus sunt appensa. Dat. A.D. 1382 ipso die Petri et Pauli Apostolorum Beatorum

— ¶ Parens Fundatoris adhuc superstes fuit sub novellâ fundatione. Extat in archivo diploma super piscatione in mari prope villam Gdingen a Crucigeris illi concessum, sub die martis post festum S. Martini Episcopi 1379. Quando mortuus, ubi sepultus est, non invenio annotatum. Sefridum et Stephanum, quos D. Joannes fundator patruos appellat, patruelles illius fuisse conjicio, filios nimirum D. Bartholomaei a Russenczin. Id colligens ex litteris super villam Gdyngen datis 1362, quae sic habent: Noverint universi .... quod ego Petrus dictus de Russenczin de consensu et voluntate honestae Dnae quondam uxoris fratris mei Bartholomaei felicis recordationis, ejusque puerorum, villam nostram etc. —

De matre et sorore fundatoris, et quod hic in coelibatu mortuus sit dixi supra. Insignia Russenczinorum gentilitia fuerunt Leo cum capite struthionis, teste Dtugosso et aliis.

Supersunt litterae in Archivo D. Gabrielis a Russenczin (filii ut puto Sefridi aut Stephani) super donatione prati in Malkou de A.o 1434, quibus appensum est sigillum ... in nigra cera expressum. De gente hac hodie nemo superest. Duobus Gedano millia-ribus

versus Dirsaviam ad villa vocabulo Russenczin, quam olim sedem Russenczinorum gentis fuisse, extra dubium est. (autem de ceteris quae Donnschwenge et init. Gabrielis et Roshencin

Testimonia Chronographorum. —

Joannes Długossi, qui lib. X hist. Polon. sic habet: « A° 1381 Cartusiense monasterium 8bris. inter lacus prope Villam xxx 4 milliaribus a civitate Gdansk distantem in Vladislaviensi diocesi fundatur; et locus ea tempore Paradisus Mae vocitari coepta est. Fundatum est autem monasterium praedictum per Joannem Russinski militem, natione et genere Polonum; qui pro insignii nobilitatis suae leonem cum capite sturionis (vulgariter Huthionis) deferebat. Et in dotem praefato monasterio 3 villas suas hereditarias donavit: Kotzyn, Gaple, et Gdynia prope fluvium Redunia, in terra Pomeraniae consistentes. Fuit autem id secum monasterium (decimo antea divi) pro ordine et Religione Cartusiensium in regno Poloniae et sub Polonica Ecclesia fundatum. Ad quod formandum et instituendum Fratres ex Pragensi monasterio Cartusiensium assumpti sunt, felicius illic habitaculum et diuturnius, quam in Pragâ, ubi illorum haeresibus Boemiâ infectâ, secuta est ejectio, habituri. » De hoc autore vide infra in historia Gaviensis Cart.ae — Ipsissima habet Matthias Miechovius hist. Pol. lib. IV. cap. 35 et Andreas Cricius.

Cameberg: « Cartusia fundata est A° 1381 in gratiam mulieris a magnifico D. Joanne Ruschizin, posita inter lacus propter concursum populi impediendum. Primi monachi venerunt Pragâ. » (Schwengel cita ensuite une chronique d'allemand tirée de Chronico Cruciferorum. A° 1381. et des autres auteurs) —

Joannes Leonis hist. Russ. lib. 3: « A° 1381 referunt scriptores fundationem Cartusiae 4 circiter milliaribus Gedano distantis, ex Pragâ monachis. Nomen accepit monasterium id Paradisi Mariani, forte ad differentiam illius Paradisi ordinis Cisterciensis, qui in Poloniâ ad fines Silesiae situs est. Fundator Cart.ae istius fuit nobilis Joannes Russizicius, qui monasterio 3 pagos, Codsin, Ozemlag et Gedwigen inscripsit, Ecclesiam ipsam civis Gedanensis Joannes Liggart suis sumptibus aedificavit. Recepturi sunt vir hospitalitatis suae praemium vitae aeternae a Deo.

Mitto Cramerum, Micraelium, Hartknoch et aliquos, qui minium abesse ab historiae veritate. —

Quo anno Cartusia hæc initium habuit. —

In veteri tabula defunctorum Fratrum nostrorum ita legitur: A° 1434 die Assumptionis B. M^æ obiit D. Joannes a Fredeck primus domus prof^us; qui egit in ordine 54^tum annum, Item 1427 VI Kal. maii obiit D. Joachim 2^dus prof^us, qui egit in Ord. 47 annos ... In quibus liquet quod ad annum 1380 quo hi duo viri ad probationem in hac eremo recepti sunt, Patres nostri huc pro prima plantatione missi, jam commodam aliquam residentiam cum oratorio in hac eadem eremo, non minus securam cautionem de construendo quantocius competente monasterio, assignandisque sufficientibus redditibus habuisse debuerint; ultra quod iidem uno aut 2 annis anterioribus hic jam pedes posuerint: demum quod annis adhuc superioribus Commissarii Ord^is nostri huc missi fuerint ad negotiandum cum Fundatore de methodo et effectu fundationis, ad locum pro monasterio eligendum: et consequenter quod ante id fundator Capitulo gen. obtulerit ædificationem novæ domus etc.

Porro quod Chronographi plerique fundationem Cart^æ hujus referant ad 8 aug 1381, id sic accipiendum est, quod illo die et anno primus lapis fabricæ claustri aut Ecclesiæ positus sit. Nec obstat, quod litteræ primæ fundationis A° 1382 nonnisi signatæ sint, in iis enim diserte legitur: « donovillam Culpyn cum sylva 70 mansorum, in qua et situm est monasterium. Alias in quodam vetusto libro msc. sic annotatum invenio:

C. tria millenis I. simul octuagenis
In Prussiam pensis, venit Ordo Cartusiensis.

Idest: A° 1381 venerunt in Prussiam Cartusienses; sed quod sic intelligendum est: A° 1381 ædificari cœpta est Cartusia Paradisi B. M^æ in Prussia. —

Quis tunc fuerit Status Sanctæ Rom^æ Ecclesiæ, Ordinis nostri et terræ hujus. —

A° 1378 dum Cartusia hæc oriretur, natum est in Ecclesia Dei deflendum schisma, quod præter alias clades etiam divisionem Ordinis nostri invexit, ita quod Patres Itali et Germani (et Angli) sequerentur Urbanum, Patres Galli et Hispani adhærerent Clementi Avenionensi Pontifici; et hars quæque singularem etiam haberet Generalem atque suum singulariter celebraret Capitulum generale. Hinc factum est quod Cartusia hæc in Capitulo gen. a Patribus Italis et Germanis Mauribaci 1383 celebrato, incorporata

sit Ordini, et Provinciae Alemaniae superioris adscripta. Loci Ordinarius agebat pro tunc R.mus D. Stylatus Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae, huic vero terae jure dominii fuerat Wynricus de Kniprode Magister Generalis Ordinis Equitum Teutonicorum de cujus licentia Cartusia haec (ut in litteris fundationis habetur) aedificata est.

De primis Patribus et propagine eorum. –

In Cartusia Pragensi olim florentissima primos Patres pro plantatione Paradisi hujus Mariani ab Ordine missos esse audivimus superius ex chronographis: inter quos Hugo illis bene praeerat viginti: Petricius illic habitaverunt et diuturnius quam in Praga, ubi illorum, horresibus Bohemiae infectae, secuta est ejectio, habituri. Aliud adhuc testimonium invenio in libro veteri consuetudinum domus nostrae, ubi sic legitur: Visitatores autem volentes habere uniformitatem, decreverunt, ut in domo nostra dicatur in festo S. Hugonis Gratianopolitani oratio de communi: Deaquesumus.... secundum consuetudinem domus Pragensis, ex qua fundata et plantata est domus nostra.

Quot vero numero, qui nominibus, Patres hac pro prima plantatione missi fuerint, obliteratum est. Id nihilominus certum, primarium inter illos extitisse D. Joannem Deterhus, alias Saxonem a patria appellatum. Hunc quippe primum rectorem et deinde 1384 primum Priorem domus hujus institutum fuisse, constat ex chartis capitularibus. Primi isti plantatores acceptâ possessione eremi istius, illico ad novitiatum admiserunt unum, alterumque ad olescentem regionis hujus, per quos deinceps Religio cartusiensis in hac domo propagata est. Donus primus fuit D. Joannes a Tredek, et D. Joachim, qui ambo 1380 ad probationem recepti sunt, uti jam dixi. 1382 admissus est D. Matthias vir piissimus. Primus vero conversus professus hujus domus fuit Theodericus, et D. Martinus primus in hac domo mortuus est 1389. Quem ad aeternitatem secutus est anno mox sequenti 1390, 5 Febr. D. Moyses. In charta 1395 legitur: Ex D. Joannem Saxonem Priorem ordinasse aliquot personas domus hujus pro inchoanda Ordinis disciplina in domo Coronae B. M.ae, ex quo liquet, ad dictum annum jam notabilem monachorum numerum in hac eremo extitisse.

De primis aedificiis et structura monasterii. –

Ad adventum primorum Patrum commodam eligere aedem in hac eremo imprimis a fundatore

constructam esse, in quâ idem ad interim, donec claustrum assurgeret, residere (residere), divina peragere et fabrice monasterii intendere poterant, rationi consonum est. Nullum quidem vestigium hujus ce primse residentiæ hodie superest, credibile autem est, eam e vicino præsentis claustri stetisse. Dixi jam superius primum lapidem monasterii positum esse die 8 Aug. 1381; cujus structura deinceps concurrentibus pluribus benefactoribus in amosphures continuata est. A tergo privilegii Culminensis quidam ex primis latitudinis adscripsit sequentia; Nota quod Ecclesia in Marbach continet in longitudine 131 pedes, et in latitudine 30 pedes, in choro vero 26, medietas ubi conversi stant, habet 56 pedes, sacristia in opposito ostii 19 pedes, in longitudine 18 vel magis uno pede. Refectorium in Riga habet 80, in Marbach 71 pedes. Mensura Ragensi concordat refectorium nostrum et transitus ad Ecclesiam amussim. Ecclesia tamen nostra longa est 160 pedum, quidem autem latitudinis cum Marbacensi.» Une constat plerique certus esse hujus ædificia justa ideam domorum Ragensis et Marbacensis constructa esse.

Quinam ædificia D. Joannes a Russenez in Fundator erexit, non inveniuntur annotatum, Ecclesiam conventualem ædificavit D. Joan. Thiergart civis Gedanensis, quæ anno 1403 die Joct. consecrata est. Refectorium extruxisse quendam alium civem Gedanensem, sartorem (cujus nomen obliteratum est) non mediocriter dicitur, traditio est. Cellas in conventu varii ædificarunt benefactores, ut inscriptiones nuncusque testantur: ita enim in parietibus legitur:

Cella C. Istam cellam ædificarunt Eydemannus H.... et Albertus Lodorf; addit erunt H.... hospita nostra in Gdansk et Ka.....

Cella E. Hanc cellam ædificavit Margaretha filia .... de Oryngen: cui additæ sunt duæ ejus sorores, Christina Hildebrands de Elgen et...

Cella P. – Istam cellam ædificarunt D. Thlo de ordine dominorum D. Joannes Lyrgartte magnus Promator, D. mi... A° MCCCC.

Cella Q. – Istam cellam ædificabit Magister Conrad de Lungyngen: cui addit.... uxiaq; Hermannus Hertzyn.

Lapides vero sepulchrales in ambitu ante Capitulum positi, referunt has inscriptiones: 1° ad ostium Ecclesiæ hjc lict Eidemannus Eppenschede burgrabius multi fin Mis: ynstosbrue in dem Jarfr M.CCCC..X. –

2° Contiguus illi: A° Dni MCCCCXVI die St. XI millium Virg. Martyrum obiit Joannes

de Ilse, Hildebrande de Ilse.

3:– penes sanctum: A° Dni MCCCCXIV obit Hermann Ippenschede feria IV post festum corporis Xti, orietur proeo.

4:– ad parietem Ecclesiae: hujus inscriptio est valde detrita, ita quedumtaxat verba in eodem discernuntur: Xti christus ... quis hoc mors ... adhuc amd. ... A° MCCCCXXIII

P. Georgius Meichior meminit in suis msc. lapidem magnum uno tempore in capitulo jacuisse, supponitque sub eodem Aedificatorem loci istius sepultum esse: hujus medietas nunc posita est super mensam Altaris in capitulo, altera medietas super mensam Altaris in sacristia: in quibus fragmentis hoec leguntur: (nulli dum lacunae)

Quos omnes benefactores haud vulgares esse, ipsosque ad constructionem monasterii plurimum contulisse, ita dubium est. Plerique horum fuerunt de Magistratu Gedanensi teste Reinoldo Curike, qui lib. II cap. 8 Gedanographiae sic habet: obierunt Joannes von Oyngen 1398 – Albertus Thudorf Racensul 1413 – Eidem von Ippenschaid scabinus 1413 – Hildebrandt von Ilsen 1426 ... Ausim dicere maximam aedificiorum molem in hac cremo munificentia civium Gedanensium assurrexisse. Superest in archivo domestico Registrum eleemosynarum ab anno 1509 usque ad 1519, quod luculenter testatur, quanta fuerit Gedanensium antequam haeresibus inficerentur, erga cartusiam hanc liberalitas. In eodem registro legitur: Marcus Kogil qui testatur fecit 2 cellas etc. Aedificia externa, videlicet camerae hospitum, officinae, braxatorium, granarium, praedium, quae nunc oculis occurrunt, nonnisi post annum 1624 constructa sunt, similiter et muri, qui cellas in conventu distinguunt et cingunt. Legitur enim in registris domus; quod ad annum 1624 totuli cellarum ligneis nonnisi parietibus circumsepti fuerint, pariter quod aream monasterii exteriorem versus septentrionem ligneum duntaxat sepimentum inserit.

De primis redditibus.–

Fundatorem dotasse hanc cartusiam 3 villis, 2 molendinis, aliquot stagnis et sylvis, audivimus superius. His adjecit adhuc 12 mansos sylvae cum 2 lacubus ut infra dicetur. Villa hortulanorum prope monasterium assurrexit simul cum monasterio. In his omnibus provenibant annuatim monasterio 85 marcae et

19 scot. 167 pulli gallinacei, 15 capetii piscium vulgo Storbsiefs pro libertate piscandi in mari a rusticis villae Gdingen, 88 dies agrariorum praeter eos labores, quos 4 hortulani in Gdingen, et incolae villae prope monasterium praestabant. Sylvis tamen et stagnis domus haec a primaevo fundationis bene provisa fuit. Verumtamen haec omnia ad alendum sufficientem numerum monachorum minime suffecisse, vir rerum ordinis conscius facile consentiet. Ideo Capitulum gen. anni 1382 mandavit D. Joanni Saxoni Rectori, ut visa charta reverteretur ad domum professionis suae. Certe non ex alia ratione, quam quod idem Capitulum donationem fundatoris minus sufficientem recognovisset. Nihilominus domus haec 1383 incorporata est Ordini. Unde liquet primos Patres ab aliis benefactoribus assecuratos fuisse de augmento proventuum. Praecipuos redditus sub incunabulis domus hujus fuisse largas X^ti fidelium maxime civium Gedanensium eleemosynas certissimum est.

De situ Monasterii.—

Ex privilegio villae Culpin colligitur, locum in quo Deo auspice domus haec erecta est, et nuncusque eodem protegente floret ac viget, fuisse desertum, densissimo circumquaque nemore cinctum. Dum hodie situationem eremi ac monasterii vir sensatus ob oculos posuerit, illico fatebitur, illam professioni Cartus^i esse valde opportunam et congruam; et si bene perpenderit stagnorum vario piscium genere refertorum propinquitatem, rivum monasterium transfluentem, lignorum e vicinis sylvis abundantiam, locum a cohabitatione hominum debite segregatum, circumque amoenissimis sylvis cinctum, non inveniet unde primorum Patrum perspicaciam vituperet. Jacet cartusia haec sub elevatione poli long: 54 gad. 6 min. latit. 39 gr. 30 min. circiter, pararello in medio IX, climatis subscorpione. Habetque Orientem versus Gedanum 4 milliaribus, septentrionem versus mare Balthicum pariter 4 milliaribus, meridiem versus flumen Raduniam medio milliari distantem.

Quidnam Fundator praestitit circa erectionem domus hujus.—

Post Deum, a quo cuncta bona procedunt, primarium Cartusiae hujus fundatorem et dotatorem extitisse D. Joannem a Russenczin jam supra dictum est. Hic etenim divina cooperante gratia, sacri ord^is Cartus^ii devotione ductus, ad construendum domum hanc omnia bona sua haereditaria videlicet, villas 3, Culpin, Czapel et Gdingen, cum omnibus pertinentiis et juribus, de licentia Generalis Magistri ac Praeceptorum Ordinis Theutonici (quorum imperio

hoec ora tunc temporis parebant) Capitulo gen. Ordinis nostri Cartus. obtulit, dedit et donavit. Domumque istam coeleste auspicio aedificare coepit. Possidebat idem praeter praefatas 3 villas tres etiam aedes Gedani, quas anno 1380 pro 12 mansis sylvae (in quorum acie Cartusia haec sita est) commutavit, et novellae fundationi adjecit. Supersunt de hac re litterae sequentes. (suivent ces lettres en allemand 3/4 de page) — Ex iis est quod fundator 12 istos mansos, aut ex occasione cupidae in illis inventae, aut forte quod locus in illorum latifundio aedificandae novae domus Commissariis Ordinis nostri convenientissimus visus sit, acquisiverit. Item quod idem et Patres nostri ante erectionem monasterii, certe jam fuerint de amplificanda per DD. Crucigeros hac eremo, secus structuram coenobii non inchoassent in ipsa acie istorum 12 mansorum. In ch. capituli 1397, legitur: Fundatorem instantiam fecisse Capitulo gen. pro receptione sui ad Ordinem sub habitu conversi vel oblati. Mihi valde videtur, illum jam ante fundationem domus hujus aspirasse ad Ordinem nostrum et inter alias hanc idem procrastinavit, donec novella haec fundatio adolesceret. Verisimile est eumdem post factam bonorum morum renunciationem cum Patribus nostris in commune vixisse. Quid enim quaeso, illi supererat, postquam omnia bona sua, ubicumque ea habuit et possedit, resignasset! Nullus pariter dubitandi locus superest, eumdem in habitu conversi aut oblati prout petiit, diem extremum clausisse et in hac eremo sepultum esse. Obiit vir piissimus et ad praemia aeterna capessenda transiit 8 dec. 1398. Ubinam locorum ossa ipsius reposita sunt, nunc ignoratur. Nullum enim monumentum prohipudor! ei positum est: celebratur tamen occurrente die anniversario, singulis annis nuncusque pro eodem Tricenarium.

De incrementis domus. —

Quod S. Apostolus Paulus in re maximi momenti aliquando dixit: non qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. In plantatione Paradisi hujus Mariani verificatum esse, inferius audiemus.

1386. — Crucigeri confirmant et augent primam fundationem. —

Crevit in dies favor et benevolentia DD. Theutonicorum erga novellam hanc plantationem, quam non solum litteris exemptionis (Dat. Stumae in die Exaltationis S. Crucis 1384) providerunt, sed et 20 mansis sylvae ex utroque latere monasterii, lacu Grzybno

~~providerunt~~ auxerunt, Denuo A° 1386 cassatis his litteris, privilegio adhuc ampliori et pluribus possessionibus cumularunt. Tenor privilegii istius hic est:

Nos Fr. Conradus Czolner de Rotenstein, supremus Magister Ordinis Fratrum Hospitalitatis S. M^ae domus Theut. in Hierusalem, de consilio, voluntate et consensu nostrorum confraeceptorum ad laudem et gloriam D. Dei nostri et Benedictae Matris M^ae Honorabiles et religiosos viros Cartusienses in Culpyn et ordinem eorum ab omnibus laboribus, lapidum vecturis et quibusvis servitiis equestribus, quae habuimus et habere potuimus in his subscriptis bonis, perpetuo liberos et vacuos dimisimus, nisi communis patria ad defensionem terrarum communiter exiret, tunc eorum homines una cum nostris proficisci obligati esse debebunt. Imprimis in bonis Culpin sunt mansi 121 cum dimidio. ~~Qui mansi~~ In fundo Gdingen sunt mansi 40 et jugera 10. In bonis Czapel sunt 61 mansi. Qui mansi ipsis a Fratribus nostris intra eorum limites integre sunt ostensi. Eadem praedicta bona donamus eis cum lacubus et molendinis in eisdem bonis sitis, libere et perpetuo fruenda et possidenda. Ubi quoque molendinum in Culpin jacet, eo spectat etiam littus Radune, ex qua parte Alba-czechow, alias Wisseczechow adjacet, uno fune supra, altero subtus molendinum, ad bona Culpin. Et praeterea quicquid illi ex Alba-czechow ab ejusmodi molendini aggeratione damni tulerint, id eis etiam ademimus. Dedimus insuper eisdem Cartusiensibus de consilio nostrorum Conceptorum 42 mansos et jugera 2 ½ pure propter Deum, eisdem libertate et fructu, ut supra scriptum est, libere et perpetuo possidenda a nostris Fratribus intra ipsorum limites etiam plenarie demonstratur. Donamus quoque eis lacum ..... Grzibem dictum cum omni fructu, et locum molendini super flumine, quod ex eodem lacu pergit cum 8 jugeribus spatii, nolumusque quemque aggerationis aliquid aut septi, praeter eorum voluntatem conficere debere. Damus etiam ipsis partem nostram in lacu Gotlube dicto, qui bona Czapel attingit, libere et perpetuo cum omni usu et fructu. Concedimus etiam ipsis piscationem intra limites villae Gdingen, omnibusque incolis ejusdem villae, exeundo in mare salsum cum omnibus instrumentis, et ex singulari gratia permittimus antedictis Cartusiensibus, ut magno rete Czoffn-yusu citra littus Heil, cum omni fructu, ubi alii homines piscantur, possint piscari, singulariter autem in captione allecum possunt ipsi et incolae villae Gdingen 4 scaphis piscari, in

scapha remos 5 super idem littus protendendo, et quidquid piscium cœperint, id retinere aut vendere poterunt, quemadmodum id eis aptum et commodissimum fuerit. Damus etiam eis judicia tam magna quam parva in omnibus his antedictis bonis, demptis stratarum Judiciis, quæ nobis ipsis judicanda retinere volumus. Ad perpetuam harum rerum memoriam sigillum nostrum his litteris appendi fecimus. Dat. in domo nostra Marienburg A° X^ti 1386 proxima feria V post Vincula Petri. Testes sunt amati Fratres nostri, Fr. Thymo de Libenstein magnus Commendator, Fr. Henricus Gans supremus Trapiarius, F. Ulricus Hachmberger Thesaurarius, D. Martinus noster Capellanus, Wernerus de Tettingen, Conradus de Lichtenstein Collegæ nostri, Simon et Henricus Scribæ nostri et complures alii honesti viri

Idem D. Conradus Supremus Magister Magister donavit etiam huic domui curiam Grabou ad mare cum 10 mansis et taberna atque libertate piscandi in mari. Quo tamen anno id factum est, non constat, litteræ enim donationis istius cito deperditæ sunt: quas D. Conradus de Jungingen renovavit 1406, uti infra audiemus. Obiit D. Conradus de Rotenstein Magister Gen^lis 21 maii 1390. —

1391. — Litteræ erectionis Ecclesiæ Parochialis in Culpin. —

Universis et singulis præsentia visuris seu audituris, Ego Fr. Joannes Prior, totusque Conventus D^s Paradisi M^æ ordinis Certus^ci harum recognoscimus serie litterarum, publice protestantes, quod ad Ecclesiam Paroch. in nostra villa Culpyn in divini cultus augmentum necnon defunctorum perennis suffragii et solatii pullulans incrementum erectam et exstructam, pro sustentatione Plebani, qui pro tempore erit, assignavimus et donavimus, præsentibus assignamus ac irrevocabiliter donamus 3 mansos, 2 ex parte nostri monasterii ab omni exactione et impetitione ac universis nostram utilitatem ac profectum concernentibus liberos plenarie et immunes, de tertio vero manso rustici præfatam villam incolentes Dño nostro Episcopo et nostro monasterio omnia facere tenebuntur, sicut de aliis mansis censualibus facere consueverunt, prout in præsentia D. Erwini Advocati Dirsoviæ, plurimorumque feodalium ac aliorum fide dignorum hoc unanimiter promiserunt. Etiam villam Hortulanorum prope nostrum monasterium situatam ad eamdem Ecclesiam deputamus, Et vitrista in nostris metis residens Ecclesiastica

sacramenta in praedicta Ecclesia requirent, ma offertoria cum aliis justitiis temporibus statutis more aliorum Vicistarum reddere est adstrictus. Concedimus insuper idem Plebano in stagnis nostris infra granicies villae supradictae jacentibus liberam licentiam piscandi cum parvis instrumentis pro sua mensae tantum necessitate. Dat. A° Dni 1391 in die XI mensis Vig. sub nostri monasterii sigillo praesentibus appenso in signum praemissorum.

1393. — Nobiles de Pierszewo vendunt Cartusiae partem Stagni. —

In nomine Dni. Amen. Notum sit omnibus praesentes litteras visuris vel audituris, quod nos Fratres dicti Obelaus, Eslaus et Joannes, atque patrui nostri dicti Joannes Glowa et Jacobus vendiderimus Honorabilibus religiosis viris, Cartusiens. Monasterii Paradisi Mae appellati tractum nostrum aquae, qui attingit fundum nostrum apud Borkisat, in ipsorum lacu Gottlub nuncupato, pro 4 marcis monetae Puthensis, et si quid plus dictus tractus valuerit, hoc eis donavimus, pure propter Deum et pro remedio animarum Parentum nostrorum. Et hunc possidebunt pacifice absque ulla impetitione omnium nostrorum haeredum et successorum. Testes harum rerum sunt Joannes Russenczin, Florianus de Heine, Joannes Lam et plures alii honesti viri. Ad perpetuam memoriam harum rerum nostrum sigillum haereditarium his litteris appendimus. Dat. A° D. nostri 1393. —

1395. — Crucigeri donant Cartusiae villam Belkow. —

Nos Fr. Conradus de Jungingen Supremus Magister Fratrum Hospitalis S. Mae Domus Theut. Jerosolimitanae, de consilio, voluntate et consensu nostrorum Conpraeceptorum, ad laudem et gloriam S. Dei nostri et benedictae matris Mae, contulimus et donavimus VV. et religiosis viris Cartusianis monasterii S. Mae Paradisi in districtu Gdanensi positi, villam Groß-Belkow nominatam, quae in vera sua mensura 45 mansos continet, et insuper mansos 5 ad easdem limites positos Kolbude nominatos, et molendinum quod praedictae villae super Radunam adjacet, cum omni fructu, jure, possessione et dominio, uti nos eandem villam habuimus. Insuper 8 jugera prati, quae in locis praescriptae villae, pro communitate sua a Fratre Seifrido Walfode de Bassenheim id temporis Commendatore Gdanensi emerant. Volumusque ut jam nunc et perpetuis temporibus homines ipsorum praedictorum bonorum ab omnibus praestationibus, servitiis, lapidum vectionibus ad domos, omnibus que servitiis equestribus quae habuimus, aut habere potuimus, liberi et soluti esse, et pro his nominatis servitiis monasterio servire debent, ut id eidem conveniens et utile erit. Volumus etiam ut villae nostrae, quae prius

moluerunt in molendino videlicet Kowal, Lobelow et Salow, manere debent apud idem molendinum, ibidem molere, nec unquam ipsi detrahi, nec in profectione ad molendinum impediri. Libertas quoque superioribus temporibus concessa, ea apud molendinum perpetuis temporibus manere debet. In processuum atis bonis Iudicia quoque magna et parva habere debent, strataruum Iudiciis exceptis, quae nobis et domui nostrae reservamus. Ad harum rerum perpetuam memoriam et stabilitatem sigillum nostrum his litteris appendi fecimus. Testes sunt honorabiles Fratres nostri, F. Wilhelmus de Helfenstein magnus Commendator, F. Wernerus de Oettingen supremus Marescalcus, F. Sifridus Walpole de Bassenheim supremus Hospitalarius et commendator Illingensis, F. Ioannes de Beffarden supremus Cappiarius et commendator in Chrisburg, F. Fridericus de Wenden Thesaurarius, F. Ioannes de Rumpenheim commendator Gdanscensis, D. Nicolaus Capellanus noster, Ioannes de Pfirsten, Merchardus de Wallenfels noster collega, Matthias et Hugo scribae nostri et complures cum his alii fide digni viri. Dat. A. D. 1395 in Marienburg proxima die Dominica ante festum S. Andreae Apostoli.

1397. — Nobilis Przibke de Exou donat eidem 7 jugera pratorum. —

Nos Conradus de Jungingen supremus Magister domus Theut. recognoscimus praesentibus litteris, universis easdem visuris et audituris, quod coram nobis et conpraeceptoribus nostris comparuit fidelis noster dilectus D. Przibke de Exou Eques, et de nostro scitu et voluntate, pure propter Deum ac in perpetuum testamentum monasterio Cartusiensi in districtu Gdanensi sito, donaverit post mortem suam 7 jugera pratorum libera, in bonis suis Malkow, attamen tali conditione, quod si post mortem D. Przibke essent haeredes aut alii, aliquid jus ad bona Malkow habentes, quae ista haereditas vellent praefata 7 jugera pratorum, hoc ipsi a Cartusianis redimere debent pro 30 marcis Prussicalibus, quibus detis et solutis, idem tenentur 7 jugera restituere. In cujus testimonium et majorem securitatem sigillum nostrum minus his litteris appendi fecimus. Dat. in domo nostra Stume, fer. IV post Phil. et Jacobi A° Dni 1397.

1406. — Litterae super bona Grabow ad mare. —

Nos frater Conradus de Jungingen Magister Generalis Ordinis Fratrum Hospitalis S. Mariae domus Theut. Jerosolim. notificamus et publicamus omnibus quibus hae litterae afferentur, quod honorabiles et religiosi D. Priores et conventus monasterii Paradisi Mae ordinis Cartusie

juxta Gdanum sitè, comparuerunt coram nobis et Praeceptoribus nostris, proponentes, quemadmodum Praedecessor noster Magister Conradus Czolner felicis memoriae prioribus temporibus dederat et inscripserat curiam Grabow, quae olim Lankouen attinuerat, ut in suis limitibus sita est, cum 10 mansis, et si quid super eos inveniretur, id eis quoque maneret. Insuper tabernam cum omnibus pertinentiis, jure Culmensi, libere, perpetuo possidendam. Denarium etiam tertium ex omnibus Judiciis magnis et parvis. Et ut schutam habeant cum viris 7 ad piscandum cum omni instrumento in Wyka vel in Heil, ita ut ab ipsorum hominibus nostri homines non impediantur. Ejusdem antecessoris nostri litteras ipsi post nonnullos annos, ex quo eadem bona Grabow pro aliis permutassent, perdiderant, nunc autem praenominata bona Grabow pro commodo et utilitate monasterii sui emerunt, humiliter supplicantes, ut ipsis a nobis eadem bona inscriberentur, quum priores litteras perdidissent, ut documenta ad ea bona haberent. Nos humili eorum et honesta petitione permoti de consilio ac consensu Conpraeceptorum nostrorum, ad laudem et gloriam Dei omnipotentis et venerabilis ejus Matris M^ae damus et conferimus supranominatis hon. et religiosis DD. Priori et toti conventui monasterii M^ae Paradisi Ord^is cartus^is praenominata bona Grabow cum 10 mansis. Et si quid insuper reperiretur, id etiam eorum esse debet, quemadmodum sita sunt in suis limitibus. Et praeterea tabernam apud ea sitam, cum omnibus pertinentiis jure Culmensi, libere perpetuo possidendam. Ad hoc concedimus eis tertium denarium ex omnibus judiciis magnis et parvis. Indulgemus etiam eis, ut perpetuo habeant schutam unam cum 7 viris ad piscandum cum omnibus instrumentis in Wika vel in Heil, ita quod homines nostri ab ipsorum hominibus non impediantur. Ad perpetuam harum rerum praescriptarum memoriam et firmitatem sigillum nostrum his litteris appendi fecimus. Dat. in domo nostra Marienburg A^o a nativ. X^ti 1406 fer. VI ante dominicam qua cani in Ecclesia Dei consuetum est Quasi modo geniti... Testes sunt honorabiles fratres nostri dilecti Conradus de Lichtenstein magnus commendator, Ulricus de Jungingen supremus Mareschalcus, Wernerus de Tettingen supremus Hospitalarius, ac commendator Elbingensis, Burchardus de Wobeke supremus Trappiarius et commend. in Christburg, Arnoldus de Hecken Thesaurarius, comes Albertus de Schwartzburg commendator Gdanensis, D. Gerhardus Capellanus noster, Arnoldus de Baden et Gunther Brendel Collegae nostri, Nicolaus et Gregorius Scribae nostri, complures que alii honesti

homines. & Sæpe dictus D. Conradus de Jungingen Magister Generalis, Benefactor maximus obiit 30 martii 1407. —

1413. — Crucigeri donant Cartusiæ stagnum Ostrowitte. —

Nos F. Henricus de Plauen Magister gentis Ordinis Fratrum Hospitalis S. Mariæ domus Theutonicæ Jerosolimitanæ de consilio et voluntate nostrorum compraeceptorum, ad laudem Omnipotentis Dei damus et conferimus pro singulari testamento Honorabilis et religiosis DD. Priori et toti Conventui coenobii Paradisi S. Mariæ ordinis certus lacus nostrum Ostrowitte polonice nominatum, in districtu Gedanensi situm, juxta lacum nostrum Mrippen dictum nominatum, cum omni libertate et fructu, quemadmodum nos habuimus, libere perpetuo possidendum. Concedimus etiam eis ligna ad structuram casae piscatoriae super eodem lacu, etiam ligna utilia pro nostra necessitate piscatorum, in nostris perpetuo accipienda, demptis lignis quercinis et aliis structurae aptis, ea quidem nec habere nec capere debent. In testimonium harum rerum sigillum nostrum his litteris appendi fecimus. Dat. Gdani feria III proxima ante festum Purificationis Mariae, A.D. 1413. Testes hujus sunt honorabiles religiosi et delecti fratres nostri Fridericus Com. de Zolrn, magnus commendator, Michael Kuchmeister supremus Marschalcus, Hermannus Gans supremus Hospitalarius et commendator Elbingensis, Fridericus de Walde supremus Cellarius et commendator in Christburg, Bernardus Brendel Thesaurarius, Henricus de Plauen commendator Gdanensis, Joannes Capellanus noster, Henricus Marschalk, Jodocus Seewolf collegae, Bernardus Rulandus Andreas scriba nostri et complures alii fide digni.

1413. — Civitas Stolp in Pom. inscribit Cartusiae 24 marc. census perpetuis. — pièce en allemand de 3 pages 1/2. On y voit le nom du Prieur de la chartreuse D. Nicolas. —

1418. — Littera super bona Ostaninet Blanskow. —

Nos F. Michael Kuchmeister Magister gentis Ordinis Fratrum Hospitalis S. Mariae domus Theut. de Jerusalem, notum facimus et publicamus universis has litteras visuris, audituris vel lecturis. Quod coram nobis et compraeceptoribus comparuerunt fidelis noster D. Nitze Holnik de Oslanin et filii ejus Joannes et Thimo, exponentes nobis in praesentia R^morum in X^to PP. et DD. D. Joannis Culmensis et D. Joannis Sambiensis Episcoporum, quemadmodum ipsi inter se unanimiter convenissent, bona ipsorum videlicet Oslanin

Bandigou, Crokou et Blanskou in honorem Dei convertere, et nominatim hon. ac religiosis DD. Cartusiensis cœnobii m.ae Paradisus dicti, juxta Gedanum resignare et appropriare, una cum omnibus rebus mobilibus, quas ipsi in Oslanin habuerant, publicaque confessi sunt, quod maturo consilio cum praescriptis DD. Cartusiensibus, qui isthic etiam praesentes erant, ad ipsorum omnimodam sufficientiam, postremo formâ subscriptâ convenissent. Imprimisque Cartusienses Dño Nitze marcas 400 monetae Ruthen. bonae novae pecuniae dare, eumque juxta monasterium suum tenere, et ipsi cum uno puero de victu providere, decenti cura, et ad haec annue ipsi dare marcas 10 consuetae monetae Ruthenses ad ejus vestitum. Thimoni autem filio ejus juniori marcas 600 bonae novae pecuniae dare debent. Hi cartusienses a D. Nitze, prioribus ejus filiis Joanne et Thimone et omnibus ipsorum haeredibus et successoribus perpetuo liberi et quieti esse debent, nec ipsis seu quibusvis aliis istorum bonorum nomine in quopiam obligari. Si vero quemquam ad ea actionem habere aut habiturum esse contingeret, promisit D. Nitze cum filiis suis coram nobis, ea ipsa bona tum adversus quoscumque liberare, ita quod Cartusienses ex his nullam molestiam aut indignationem contrahere opus sit. Post hanc praescriptam confessionem, accessit nos D. Nitze cum Joanne et Thimone filiis suis, et resignaverunt nobis feudum nostrum, humili petitione supplicantes, quatenus eadem bona praescriptis DD. Cartusiensibus infeudare et incorporare dignaremur. Et ex hoc tempore prodiit D. Nitze cum praefatis filiis Joanne et Thimone, et cum generis suis Meich. Pirchen et Petraschen, cum Czabelo filii quondam sui Stephani Genero, coram Judicio terrestri in Pretorio veteris civitatis Gdanensis, et iterum praenominata bona in manus Commendatoris Gdanensis F. Helfridi de Drahe, una cum filiis et Generis praescriptis, cessit. Qui omnes cum D. Nitze, pro se et omnibus haeredibus ac successoribus ipsorum, eisdem bonis videlicet Oslanin, Bandigou, Crokou et Blanskou, et omni juri, quod in his habere potuerunt, nullam actionem in his perpetuis temporibus habituri renuntiarunt. Ibidem etiam D. Nitze et filii ejus confessi sunt, se de praescripta summa pecuniarum videlicet marcis mille bonae novae pecuniae, monetae Ruthensis, ab ipsis Cartusiensibus cum gratiâ et bona sufficientia plenariam satisfactionem accepisse, quod ibidem solido scabinorum confirmabatur, et ut consuetum est, describebatur. Ea propter deliberantes nos et cum Praeceptoribus nostris paupertatem et necessitatem hujus honestae congregationis attendentes, ad laudem Dei omnipotentis,

et benedictae Matris suae M^ae gloriam, et singularem conservationem et confirmationem ejusdem monasterii, ut hoc quietius D. Deo servire, et pro nobis et Ordine nostro tanto diligentius orare queant, damus, infeudamus et conferimus praenominatis DD. Cartusiensibus, eorumque coenobio M^ae Paradisus dicto, et vigore praesentium litterarum, de consilio et voluntate nostrorum Conpraeceptorum damus et infeudamus et conferimus praenominata bona Oslanin, Bendigou, Orokou et Blanskou inter subscriptos limites cum omnibus pertinentiis, ut haec ipsis demonstrata sunt, in agris, pratis, pascuis, sylvis, rubetis, aquis, molendinis, tabernis, cumque omni fructu, qui nunc est et qui in futurum esse poterit, exempta a profectionibus et omnibus servitiis ac operis, lapidum vecturis, vel aliis omnibus perpetuo possidenda. Singulariter autem granicies subscriptae obequitatae, et in praesentia Magistri Piscarii de Putczk F. Patri de Lorch, quem propterea istuc miseramus approbatae sunt. Ubiquoque praesentes erant honorabiles religiosi DD. F. Bernardus Abbas Olivae et F. Daniel Praepositus in Succow, illi de Putczk et caeteri circumhabitantes, eadem bona contingentes. Prima granicies incipit juxta mare salsum, et est scatebra (Stromien nuncupata polonice) ea protenditur in bona Oslanin, et homines Virginum de Succow. Isthinc ascendendo usque ad fossam Blanskoviensem; et deinde ascendendo versus meridiem ad quendam congestum cumulum super prato apud aciem fossae; et deinde super quendam congestum cumulum: iterum super quendam cumulum: istinc ad quandam aggestam almum: ab hac ad signatam quercum, quae granities est acialis inter prata Blanskoviensia, illos de Oliva, et illos de Succow: hinc inter illos de Oliva et Blanskou super almetum: isthinc per transversum ultra pratum inter illos de Succow et Blanskou ad granitiem acialem juxta Rhedam ad congestum cumulum, ubi quondam lapis steterat, qui nunc in Rhedam decidit: ibidem non longe deorsum sita est insula in granicie Zelstryssana, ubi quondam Rheda defluxit, q̄ Crokow attinuit et nunc Blanskou adjecta est. Ab hoc praenominato lapide in Rheda super aggestum lapidem eundo versus mare, q̄ lapis est granicies inter Selstry et Oslanin: hinc juxta mare pergendo ad septentrionem usque secus antiquam Rhedam q̄ protenditur inter Selstry et pratum Crokoviensem; et deinde antiquam Rhedam sursum usque in novam Rhedam. Porro antiquam Rhedam ascensim a mari usque

ad fossam nostram Mreszetzimensem, ubi in Rhedam habitat etc. — le style de bornage continue encore pour une grande page et demie ..... voici la fin de la charte .....

Damus etiam eis judicia magna et parva intra ipsorum fines et super ipsorum homines, solium demptis Mataruum judicio, quod nos dominio nostro judicandum reservamus, hac gratia singulari indulgemus et damus praenominatis DD. Cartusiensibus piscationem in parvo et magno mari liberam cum magno rete in navi et super glacie. Et ubi Deus halecum accessionem dederit, quod ipsi quoque una navi (Bodnig) in halecum captione libere piscari possint. Favemus etiam ipsis, quod in mari 24 ex hominibus suis anguillarum fixores libere habere queant, quodque ipsorum homines eorundem bonorum hamis alias Wurghe et aliis parvis instrumentis in mari libere piscari valeant, sicut ab antiquo fecerunt. Damus etiam eisdem DD. Cartusiensibus liberam lignationem pro lignis utilibus et ad structuram solum istius curiae in Oslawin, ubi hoc proximius in nostris habere poterunt. Et hic quoque volumus, si unquam veniret, quod a quo piam ullae veteres litterae vel privilegia super praenominatis bonis invenirentur aut producerentur, quibus hac nostra collatio impediri aut debilitari posset, ea prorsus mortua, et perpetuis temporibus vobis vacua esse debent. Ad perpetuam praescriptorum memoriam sigillum nostrum his litteris appendi fecimus. Dat. in domo nostra Gdano fer. IV post Dominicam Invocavit, A° 1418. Testes sunt Ord° nostri dilecti fratres, Paulus Rosdorff magnus commendator, Martinus de Kempnach supremus Marscalcus, Henricus Holt supremus Hospitalarius et commendator Elbingensis, Joannes de Zeewach supremus hospitarius et commendator in Mewe, Henricus de Pickerig Thesaurarius, Henricus de Drake commendator Gdanensis, F. Gregorius Capellanus noster, Henricus de Rade, Conradus de Erlichshausen collega, Henricus et Andreas Scribae nostri et complures alii fidedigni.

¶ Strabona sunt commutata pro bonis Grabow, Klobuczin etc. —

¶ D. Nitze Dapifer adhuc A° 1434 in vivis fuit, ut testantur litterae super molendino in Oslawin. Quo tamen anno mortuus et ignoratur.

1422. — Emit Conventus pro villam Ostrice a nobilibus Alberto et Stephano de Ostrice, quae protunc a DD. Ehrentricis ab omnibus oneribus et servitiis

exempta et immunitati Ecclesiae adscripta est.

1430. — Emit conventus noster villam Malezkow in Pomerania pro 612 ½ marcis a Waldach et Hermanno Rattingh civibus Stolpensibus; sed haec villa Judeis ad alienas manus pervenit, et rursus devendita est 1445.

1432. — Empta est a conventu nostro villa Golube a nobilibus Joanne Meisner et Theoderico a Selislow, quam nunquamque idem conventus quiete possidet.

1434. — D. Gabriel a Russenez in Lgues, ex familia Fundatoris, adscripsit Conventui nostro meditatem 7 jugerum pratorum in Malkow A° 1397 jure emptitio nobis concessorum jure perpetuo. De quibus vide supra. —

1436. — Donarunt Cruciferi nostri Lacum Lepaliensem, alias Garczsee nuncupatum.

1437. — Meditas villae Malkow cum 15 mansis pro 300 marcis Conventui nostro officiquorata est, paulo post adhuc 5 mansi pro 78 marcis, demum 1449 residuum villae ejusdem pro 122 marcis, jure emptitio eidem Conventui divenditum est, qui postea jus haered. perpet. in eisdem bonis acquisivit.

1443. — Accesserunt omni huic praeta Smantow a monasterio Zuccoviensi in vim gratitudinis pro impensa opera in restauratione dicti monasterii ab Hussitis 1433 combusti. Eodem anno 1443 Donarunt Cruciferi nobis fratrum Stodola intra fines villae Pracow.

1444. — Emerunt nostri 9 domos et totidem officinas in (Inter Allemand...) Dantzig; quae Judeum fuerunt interierunt.

1445. — Empta est villa Quadendorf de scitu et consensu Cruciferorum. De qua re sunt litterae sequentes: (vient une demie page d'allemand) —

1448. — Subsecuta est stricta inhibitio inhibitio a DD. Visitatoribus et 1449 ab ipsomet Capitulo gen. de nunquam alienanda villa Quadendorf, quae sic sonat:

F. Franciscus humilis Prior majoris domus Cartusiae caeterique Capituligen. Diffinitores dilectis filiis Priori et Conventui D. Paradisi M. Ordinis Cartus. salutem in Domino sempiternam et inhibitioni nostrae firmiter obedire. Cum beneficia pro memorialibus collata benefactorum memoriam sua solent revisione renovare, et beneficiorum receptores ad majora fidelitatis et gratitudinis officia erga suos Benefactores admonere. Hinc est, quod nos veridica relatione informata de eximia liberalitate pro magnifici Principis ac DD Magistri Gen. Ordinis militantis Teutonicorum in Prussia, qua de consensu monachorum, Receptorum et aliorum quorum

interest, villam quandam dictam vulgariter Quadendorf, non longe a Dantzic sitam, cum omnibus suis juribus, proventibus et emolumentis praefatae domui vestrae pia et pure propter Deum appropriavit et perpetuavit ob sui et suorum memoriam perpetuam, tanto beneficio in domo vestra memorata instaurandam, dilecte vobis tenore praesentium inhibemus praefatam villam occasione quacumque a domo vestra praefata ne alienetis, sed ob tanti Principis memoriam recolendam perpetuo apud domum vestram appropriata perseveret, non obstantibus indultis et concessionibus Capituli et ordinationibus quibuscumque quae in quantum faciant contra inhibitionem nostram praemissam, nullius volumus esse roboris vel momenti. Inhibentes nihilominus VV. Patribus nostris visitatoribus Prov.ae Saxoniae et praecipue fungentibus auctoritate Capituli gen. super annum, praesentibus et futuris, ne contra inhibitionem nostram praemissam in alienationem praefatae villae Quadendorf quoque modo consentiant, aut licentiam dare nullatenus praesumant. Qui, si quod absit, contrarium fecerint, licentias ipsas tenore praesentium decernimus irritas et inanes. Dat. cum appensione sigilli majoris D.ae Cartusiae A.D. 1449 sedente Capitulo nostro generali.

§ Obiit D. Conradus de Wischshausen Magister Gen. 5 nov. 1450. Qui alias fundavit Cartusiam Paris Dei ...

1453. — Empta est domus in platea S. Spiritus Gedani ..... appellata.

Anno 1454, exarsit in terris Prussiae saevissimum bellum, quod duravit usque ad 1466. Prussi partesi inferiorum Cruciferorum, assumptis armis id excusserunt, et se subdiderunt Regi Polonie. Durante hoc bello, villae Cartusiae hujus omnes exustae, subditi multi occisi et rebus omnibus spoliati sunt. Monasterium autem a Friderico de Rabenseck defensum est. —

1457. — Sub maximo belli aestu emerunt nostri villam Poltwiczin.

1457. — Casimirus Rex Poloniae innovat et confirmat omnia privilegia domus hujus. —

In nomine Dni. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat detrimenta, alta Regum et Principum decreverunt consilia ea litterarum apicibus et testium annotatione perennare. Hoc igitur Casimirus D. G. Rex Poloniae, necnon Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lancitiae, Cujaviae, M. D. L. Russiae, Prussiaeque necnon Culmensis, Ellbagensis, Königsbergensis et Pomeraniae terrarum Haeres et Dnus etc. ... Significamus

tenore praesentium quibus expedit, universis praesentibus et futuris, harum notitiam habituris, quomodo inter caeteras nostrae sollicitudinis curas ea in mente nostra versatur intentio, ut divinum cultum augeamus, libertates Ecclesiasticas et pias donationes in eorum robore conservemus. Et licet ~~et honestas ad nostrae exauditionis~~ universas petitiones licitas et honestas ad nostrae exauditionis gratiam admittimus, ea tamen quae in profectum et commodum Ecclesiasticum redolent, libenter admittimus et decreto nostro perennamus. Oblata Matri nostrae petitio pro parte Venerab. et religiosorum virorum Martini Prioris totiusque conventus Cartusiensis monasterii S. Mae Paradisi Fratrum, devote nobis dilectorum in se continebat, ut de Celsitudinis nostrae clementia et pietate omnia jura, privilegia, litteras et munimenta eorum approbare, innovare et confirmare dignaremur. Nos vero permoti devotionis respectu, volentes diem extremum piis operibus praevenire, et eis hanc gratiam, quam velut athletae Jesu Xti meruerunt, volentes impertiri, omnia jura, privilegia, litteras, inscriptiones, immunitates et donationes legitime emanatas quas a quibuscumque Principibus spiritualibus sive saecularibus, aut aliis quibuscumque personis cujuscumque generis vel sive conditionis fuerint, Praedecessoribus nostris habere dinoscuntur, et quas praesentibus volumus habere pro insertis, dominia, villas, dotationes, census, exemptiones, piscaturas ac alia bona quocumque nomine vocitata, in quorum possessione dicti Fratres monasterii Cartusis tempore Cruciferorum et nostri harum terrarum Prussiae suscepti regiminis fuerunt, in se continentes et continentia, in omnibus earum clausulis, punctis et conditionibus, de consilio et voluntate Consiliariorum nostrorum tam Poloniae quam terrarum Prussiae, innovamus, ratificamus, approbamus et confirmamus praesentis scripti patrocinio mediante perpetuis temporibus et aeviternis, per nos et successores nostros Reges Poloniae inviolabiliter et illaese conservandas et tenendas. Et cum memorati Fratres Cartusienses nonnullis servitiis et expeditionibus bellicis sunt gravati et adstricti, quae cognoscimus ipsis Fratribus tanquam religiosis magno esse impedimento, ut vero dicti Fr. quibus ex cordis nostri sinceritate sumus affecti, eo licentius eorum orationibus intendere valeant, ac ferventius divinam clementiam pro felicitatu nostro exorare, praelibatos FF et totum conventum dicti monasterii Cartusiensis, de consilio nostrorum consiliariorum ac de Regiae plenitudinis potestate, ab omnibus et singulis expeditionibus, contributis exactionibus, reysiis, daciis et servitiis bellicis generalibus et particularibus, contra quascumque hostes instituendis, ad

quae impardenda olim fuere astricti et onerati, eximimus, liberamus et absolvimus praesentium per tenorem perpetuis temporibus et aeternis, quorumcumque impedimento et contradictione cessantibus. In quorum omnium fidem et testimonium praemissorum litteras nostras praesentes sigilli nostri appensione jussimus communiri. Act. in Castro nostro Marienburg fer. IV post festum S. Jacobi Apostoli A.D. 1457. Praesentibus ibidem R.do necnon magnificis, strenuis, generosis, nobilibus, famosis et praevidis Joanne D. G. Episcopo Wadislaviensi et Regni Poloniae Canc. Joanne de Baysen terrarum nostrarum Russiae Gubernatore, Stanislao de Ostorog Pal. Calisiensi, Derslao de Rithwany Pal. Siradiensi, Gabriele de Baysen Pal. Culm. Hilario de Baysen Pal. Elbing., Petro de Bay Calisiensi, Joanne de Garnkow Gnesn., Hyncza de Rogow Siradien. et regni nostri vicethesaurario, Andrea de Cathkow Brzesten. cast., castellanis, Cyestao Woyschik de Woytha Succam. Cracov. Joanne Cuspathica de Laczuchow Succam. Lublin. et capitaneo Chelmen., Nic. de Chrzanstowo tribuno Cracoviensi, Pab. de Mauley, Conr. Thedecus magistro civium civit. Thoruni et aliis quam pluribus testibus circa praemissa. Dat. per manus R. in X.to P.D. Joannis Episc. Vladisiensi praelibati canc. et Joannis Lutkonis de Brzezcie V.I.D. sedis Apostolicae Protton. Archidiac. Gnesnen., electi Ecclesiae Varmiensis et vicecanc. Regni Pol. sincere nobis dilectorum. Ad relationem ejusdem R. viri Joannis Lutconis de Brzezcie V.I.D. sed. Apost. Protton. electi Ecl.ae Varm. et Regni Pol. vicecanc.

1460. — Confraternitas cum Birgittanis Gedanensibus inita est.

1464. Infra hunc annum 9 personae in conventu nostro mortuae sunt, manserunt militaminus 24 personae.

1464. — Dorothea de Zommunde vendidit Cart.ae huic 4 mansos et totidem donavit in villa Borez.

+ 1465. — Exsilatum est monasterium a militibus.

1466. — Emerunt nostri medietatem villarum Semlin et Gorczin de consensu Regis.

1472. — Emerunt nostri medietatem villae Patul. et 1473 alteram ejusdem villae medietatem.

1474. — Emerunt nostri alteram medietatem villarum Semlin et Gorczyn.

1476. — Rescatas emptiones bonorum Semlin, Gorczyn et Patul. Rex Casimirus confirmavit.

1490. Dominica post octav. Corpus X.ti dedicata est Ecclesia inferior S. Catharinae.

1492. obiit Casimirus Rex Poloniae in ejus locum electus est 27 aug. Joannes Albertus Princeps filius.

1495. — Joannes Albertus Rex Poloniae donavit Cartusiae villam Prakowo cum lacu et prato. de quibus extant litterae sequentes:

1495. — Joannes Albertus Rex Poloniae donat Cartusiae villam Prakow. —

In nomine Dni. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Humanorum actuum facta facile perunt e memoria, nisi apicibus litterarum, testumque fidedignorum sufficienti testimonio fuerint perhennata. Ronde nos Joan. Alb.us G. Rex Poloniae etc. et le autre titre du roi cessin significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, praesentibus et futuris, harum notitiam habituris, cum in fine dierum stabit quisque in sorte sua et ordine, vel in regnum vel in aerumnam, pro eodem quod constitutus est in carne, dum viveret transitures. Ob id memores conditionis humanae, pernoctique devotionis respectu, volentes diem extremum piis operibus praevenire ac cultum ampliare divinum, Honorab.bus ac devotis Pr.bus de M.ne Paradiso Cartus.is Ord.is devote nobis dilectis, ut illi omnipotenti Deo militare, orationibusque eorum intendere ferventius valeant, ipsis villam nostram Prakow cum omnibus pertinentiis, quibuscumque censentur nominibus ab antiquo ad praedictam villam quomodolibet spectantibus, ita late, longe et in circumferentia alter, prout in suis metis, limitibus et granicibus distincta et limitata existit, cum lacu Mnosznum adjacente, et prato circa antiquum Oplesp-hutten in districtu Miachoviensi sito, pro perpetuo et in aerum hilmann possidendo, nihil juris pro nobis et successoribus nostris penitus reservando, donavimus et inscripsimus, damusque et inscribimus tenore praesentium mediante, per praefatos Fratres villam praefatam cum lacu et prato supradictis, tenendam, habendam utfruendam, prout ipsis melius videbitur expedire. Hagnetque divinam clementiam dum superstites fuerimus, pro felici statu nostro et Regni jugiter exorent, et tandem eo die quo Altissimus ex hac miserorum valle nos evocaverit, Anniversarium cum vigiliis, missis et orationibus consuetis, prout in eodem monasterio moris est, annis singulis teneant, celebrabuntque pro animae nostrae et progenitorum nostrorum salute, temporibus perpetuis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum est praesentibus subappensum. Dat. in civit. nostra Thorunensi fer. V. ante Dominicam Judica proxim. a A.D. 1495 regnivero nostri anno tertio. Praesentibus ibidem RR. in X.to PP. DD. Luca Varmiensi et Stephano Culmensi episcopis, necnon magnificis et generosis Joanne de Pilcza Russiae Generali, Ambrosio de Pampow Siradiensi, Nic. de Reysen Marienburgensi, Carolo de Feldan Culmensis, M.sc.

de Wolkau Pomeraniae Palatinis, Ioanne de Dambrow Culmensi, Matthia de Waptis Elbingensi castellanis, Eberhardo Powersche Culmensi, Andr. de Borscheschow Mariaeburgensi, Ioanne de Wolkow Elbingensi succamerariis, fidelibus nostris sincere nobis dilectis. Georgius Vicecancellarius subscript. Relatio Ven.lis Georgii de Lubrancz Vicecanc. Regni Poloniae

§ Obiit Ioannes Albertus Rex piissimus Thorunii 17 junii 1501, cui successit ejus frater Alexander Rex Poloniae.

1504. — Alexander Rex Poloniae Cartusiae donat villam Smolzin et Flacus.

In nomine Dni. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis principantium omnium debitum veluti proprium fuerit, ut subditorum necessitatibus liberaliter et munifice subveniant, tamen cum petitionum ratio habenda est, non solum convenit, sed etiam a Deo optimo meritorium utriusque status Principibus extat, ut personis Ecclesiasticis stricto devotionis Ordine ad serviendum Deo regulatis, id concedant, quo victus eorum conditionem reciperet meliorem, et quidquid concesserint, id litteris perhennibus roborarent. Proinde nos Alexander D. G. Rex Poloniae etc. — comme plus haut. — Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris. Quia contemplantes continuam temporum mutationem, a qua neminem mortalium exemptum probamus, nihil quoque sub hoc temporali statu scientes certius, quam omnia occasui supposita, et nos aliquando pro temporali statu administratione, pro his quoque quae in mondanae vitae cursu bona vel mala gessimus rationem Deo reddituros. Volentes itaque diem extremi calculi, operibus devotioribus praevenire, ac personas devotas et religiosissimas efficere obligatas ad orandum pro salute et felicitate nostra, non indeliberate nec inconsulte, sed de consiliariorum nostrorum consilio, nostraque deliberatione speciali, Honorabili, devotis et religiosis Priori PP et toti Conventui monasterii Cartusiensis de Paradiso S. Mae in terris nostris Prussiae villam nostram Smolsino in districtu Gedanensi sitam, tenutae Generosi Christophori de Launaw Vexilliferi Mariaeburgensis, cum quo pro summa pecuniarum sibi et antecessoribus suis per nos et Antecessores nostros Reges Poloniae in eadem villa juste inscripta convenimus dandam, donandam, inscribendam et resignandam duximus, damusque donamus, inscribimus et resignamus praesentibus in perpetuum et irrevocabiliter decernendo, per ipsum Priorem et fratres ejus Conventus praedicti Cartusis de Paradiso Mae pro tempore existentes, praedictam villam Smolsino

cum omnibus et singulis hominibus utriusque sexus Kmetonibus agricolis, hortulanis, tabernis, tabernatoribus, scultetis et scultetiis, servis, serviciis, laboribus, oneribus, agris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, praediis, areis, curiis, domibus, horreis, allodiis hortis, sylvis, borris, nemoribus, gaiis, rubetis, mericis, quercetis, mellificiis, alveariis, apibus et melle ex eis proveniente, stagnis, lacubus vulgariter dictis: Marchau, Glembokie, Sitno, Tuchlino, Geten parvo et magno, paludibus, fluviis, fluminibus, torrentibus, rivis, aquis et earum decursibus, piscinis, piscinulis, vivariis, piscibus, piscaturis et piscinarum demissionibus, molendinis manualibus, ventilibus, equinis et aquaticis eorumque emolumentis, molendinatoribus, venationibus ferarum et aucupiis, censibus, daciis et generaliter cum omnibus et singulis attinentiis, pertinentiis, proventibus et obventionibus universis, quibuscumque nominibus vocitentur, quorum nomina et cognomina volumus hic habere pro expressis, cumque omni jure, dominio et proprietate ita late, longe et circumferentialiter, prout dicta villa in limitibus suis consistit, et est limitata, et prout nos eam, Christophorusque ipsa habuimus et tenuimus, nihil penitus juris et proprietatis in eadem villa pro nobis et successoribus nostris reservando, tenendam, habendam, utifruendam, dandam, donandam, vendendam, commutandam, alienandam et libere resignandam et in suos ac dicti monasterii usus beneplacitos meliores convertendam, prout ipsi Priori et toti conventui melius videlicet expedire. Ut autem tranquillius et quietius a saecularibus videlicet negotiis exempti, Prior et FF. praedicti supradictam villam Smolsino teneant et possideant, ipsam de certa scientia nostra immunitati et liberalitati Ecclesiasticae adscripsimus, incorporavimus, univimus et invisceravimus, adscribimusque, incorporamus, unimus et invisceramus, per praesentes ac per eum ad quem pertinet, auctoritate Ecclesiastica adscribi, incorporari, inviscerari et uniri consentimus. Praeterea quoque eamdem villam Smolsino ab omnibus laboribus nostris, qui de villa ipsa nobis ex antiquo debentur, ac ab omnibus daciis, exactionibus et contributionibus saecularibus, quocumque nomine nuncupatis, pro nostra et Reip. necessitate institutis et instituendis, laudatis et laudandis, et quibuslibet oneribus saecularibus eximendam et liberandam duximus, eximimus et liberamus praesentibus aeviterne. Quae omnia et singula firmi et perpetui roboris esse decernimus tenore praesentium

mediante in aevum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus appensum. Act. in Marienburg fer. II proxima post festum S. Viti a° 1504, Regni nostri A° tertio. Praesentibus R^dis in X^to PP. DD. Magnificisque Ven.^bus et Generosis Vincentio Vladislaviensis, Joanne Posnaniensis et Luca Varmiensis Ecclesiarum Episcopis, Joanne de Tarnow Sandomiriensi, Nic. Gardzina de Lubranez Callissiensi, Ambrosio de Pampow Siradiensi et Capitaneo maj. Pol. Generali, Nic. de Koscielecz Brzestensi, Joanne de Dambrowka Culmensi et Nic. de Wolkaw Pomeraniae Palatinis, Joanne de Lasko Eccl^ae Gnesnensis et Regni nostri Cancellario, Stande Coszielecz Juniwladislaviensi, Arnoldo de Wrancza Culmensi et Nic. Spot de Crayow Gedanensi Castellanis, Joanne Rapsthinski de Thanez in curiae nostrae marschalco, Plocensi et Sandomiriensi capitaneo et aliis pluribus consiliariis et aulicis nostris sincere et fidelibus dilectis fidedignis ad praemissa testibus. Dat. per manus ejusdem Vbtis Joannis de Lasko Regni nostri cancellarius sincere nobis dilecti. Joannes de Lasko qui supra Cancell. subscripsit.

1504. Idem Alexander Rex alio diplomate confirmavit omnia jura et privilegia monasterii 1504 sabbato ante SS. Trinitatem.

1506. — § Obiit Alexander Rex Vilnae 19 Aug. 1506. — Cui frater junior successit Sigismundus I. Rex Poloniae

1506. — Vincentius Episcopus Vladislaviensis adscribit bona Smolsin immunitati Ecclesiasticae. —

In nomine Dni, Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Vincentius Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Vladislaviensis harum seriem inspecturis deducimus quomodo die dat. praesentium Honor. et Relig. Fr. Gregorius Prior una cum FF^tu monasterii in Paradiso S. M^ae Ord^is cartus^is in terra Pomeraniae et districtu Gedanensi nostrae dioecesis siti, humiliter nobis supplicavit, ut donationem, incorporationem et inviscerationem villae Smolsyno cum omnibus fructibus et emolumentis ad longum et ad latum illius, prout ex antiquo erat, ad illam spectantibus, pleno jure possidendam per Seren^mum Principem et DD. Alexandrum D. S. Regem Pol. M. D. L. Russiae etc. Dnum et Haeredem perpetuo ipsis et eorum monasterio factam, ac ab omnibus servitiis terrestribus et regiis absolutam, necnon Immunitati Ecclesiasticae ascriptam de consilio Regni consiliariorum sui, ratam et gratam haberemus. Quod cum sit opus pium et Religionem tangat, quamagis Resp. constat, habemus ratum et gratum, ac

hujusmodi bona dicta (dicto!) monasterio auctoritate ordinaria de consensu profati serenissimi D. Regis, prout in nostre serenitatis litteris clarius constat, ascribimus, incorporamus, unimus et inviscceramus Immunitati Ecclesiastice, quae in antedicta bona prout alia Ecclesice gaudere volumus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Act. et dat. in conventione Mariaeburgensi die mercurii 19 mensis Augusti A.D. 1506. Presentibus ven. Joanne de Parzniewice Archidiac. Paulo de Bierthow custode et Anselmo de Lukow Cantore Posnaniensi et canonico Vladislaviensi ac Alexandro de Miszgin I Pont. D. et Auditore curiae nostrae, neque Vincentio Golicki Vrio, testibus ideo premissis, et aliis quam plurimis testibus fidedignis.

1519. — Erexerunt nostri officinam ferrariam in Beldou

1520. — Sigismundus I Rex Poloniae innovavit et confirmavit omnia jura et privilegia monasterii hujus.

1524. — De Depredatione monasterii. —

(In hist. Prussiae Joannis Leonis pag. 403): «A° 1524 Cum Gedanenses Lutherani locum suum cum monasteriis intra civitatem habuissent, jam animum ad campestria vicina spoliandi adjiciebant: potissimum aggredi volebant Cartusiam, quae opulenta esse dicebatur, eo quod elocasset pecunias nobilibus Pomerellis quibusdam proximo bello exhaustis in censum; tum egentibus civibus pro denodiis argenteis oppignoratis. Jam igitur in, quorum Parentes argentum suum oppignorassent Cartusiae, extra civitatem processerunt spe recuperandi pignoris, et denos tantum quantum pignus valeret. Convenerant quoque cum his ex nobilitate Pomerellica et Cassubiensi circiter 200 equites, et Cartusiam, Pelplinum, Olivam, Succoviam et Zarnoviam intra diem et noctem unam diripiebant. Sed alii ex nobilibus tardiores erant, et quidem in tertium primum diem. Dum itaque moraretur nobiles, Pelplinenses monachi Margartam, Olivenses Dervasiam bona sua ex eerunt. Virgines Succovienses et Zarnovicenses pro praesidio monum monasteriorum suos rusticos adhibuerunt, et sic sibi providerunt. Cartusiani vero confinium vicinis, quos pecunia commodata sibi devinctos putabant, securi, monasterium nullo praesidio munierant. Inventibus itaque quadam die summo mane centum equitibus in monasterium debebant aperire et patefacere omnes januas. Cum quae depredatores pecunias et argentum multum se inventuros speraverant, praeter 7 calices et 71 marcas, plures non reperierunt. Quibus sublatis

Priorem et Oeconomum atrocibus tormentis subjecerunt. Nam igne adurebant eos atque setaceis funiculis circa loca genitalia afficiebant: instantes serio, ut confiterentur, quo loco thesaurum defodissent. Negabant Patres quidpiam superesse domui, quam ipsi instulissent. Postquam vero omnes monachos variis torsionibus subjecissent, omnem suppellectilem, quem comprehendere et avehere poterant, abduxerunt secum. Adusti P. Prior et Oeconomus, delati Gedanum curabantur. Sed tamen Pater (Prior) ex vulneribus obiit. Sic res conquievit.»

(D. Schwengel cite encore 6 lignes en allemand d'un autre auteur.) —

Ex msc. D. Gregorii Rathe vicarii protunc domus hujus: « Notandum quod A. D. 1524 quando domus nostra Paradisi M^ae a praedonibus erat invasa et spoliata, omnibusque ablatis, simul et privilegia et litteras abstulerunt, Rex Sigismundus ad instantiam D. Gregorii Rathe monachi, antequam hujusmodi litteras ab eisdem raptoribus obtinuerant, omnia bona et villas, prout in registris suae Cancellariae invenire poterant, innovare atque hujusmodi scripta ratificare et confirmare dignatus est, quibus et voluit fidem habere, prout et desuper extant Regiae litterae. »

In hac calamitate nostri primum recursum fecerunt ad Illust.^mum Mathiam de Drzewica Episcopum Vladislaviensem supplicatione hujuscemodi:

1524. — Supplicatio ad Episcopum post direptionem Monasterii. —

Reves.^me in X^to P. et D. D^ne clementissime. Post devotissimas preces nostras R. D. vestrae incolumitate et felicitate ad Deum Omnipotentem, humillima etiam paratae obsequia nostra, R. D. V^tae pedibus advolute, eandem oramus, et per viscera D. Dei nostri obsecramus, ut quum latronum saevitia, Priore et nonnullis fratribus nostris (qui hi ff de nomine fuerunt, nullibi annotatum invenio ait Schwengel) immanissime antea cruciatis et extortis, etiam privilegia nostra tam^a Seren.^mis olim divis et hodierno Regibus Pol. quam a R^dis quondam ord^is Theuton. magistris, monasterio nostro et nobis data et concessa, nobis rapuit. Scimus quod R. D. Vestra facile considerat, tametsi jure nostro quod a tot saeculis omnium S. R. M^tis consiliariorum istarum terrarum Prussiae testimonio, quietissima et diuturna possessio praescriptionem longissimi temporis nobis tribuit, confirmat et stabilit, non orbati; attamen a malorum insidiis hoc nunc saeculo plus nimio insolentium, vix satis quieti. Nam abesse haud multum potest, ut qui Fratres nostros tam immaniter cruciare, monasterium et fanum ejus tam nefarie et impie spoliare et prophanare, vasa et vestes sacr. privilegia quoque non nostra?

violenter rapere ausi sint, nec Deum Judicem Regem ultorem, populum universum vindicem et postulatorem formidârint, non etiam aliud quidpiam, si non aeque haud multo minus grave mox in nos audeant, et moliantur, erasisque monasterii et Priorum ac Fratrum Conventus M^ae Paradisi Cartus^is nominibus, suisque ipsorum privilegiis et plerisque contractibus nostris inscriptis a spolio et rapina, nostris nos etiam bonis, his malitiâ et favramentis, per contractus et privilegia nostra ejicere et exuere conentur. Quod etsi non facile efficere, neque sine periculo tentare queant, attamen, ut sunt plane perditi et absque fronte, si quid tale ordirentur et auderent, negotium nobis facesserent, si non aliud, saltem Regiam M^tem adeundi.....

...caetera desunt.. —

1525. — Privilegium novum post direptionem Monasterii a Sigismundo I Rege concessum. —

Litterae hae prolixae sunt quarum compendium id est: Sigismundus D. G. Rex Poloniae etc. — manifestum facimus, quod licet paulo superioribus annis (1520) omnia et singula jura, libertates etc... Priori et conventui Cartus^i in terris Prussiae confirmavimus ..... Verum quoniam superioribus mensibus, monasterium praedictum cartus^e per praedones est violatum, ereptum et despoliatum, omnia jura, omnia privilegia, omnesque litterae praedictis FF. à Praedecessoribus nostris data et concessa una cum rebus omnibus sublata sunt: ideo supplicavit nobis humiliter F. Gregorius Rathe, monachus praefati monasterii suo et aliorum FF. nominibus, dignaremur eis privilegia innovare..... villasque et praedia praesentibus litteris pro eorum majori securitate ipsis conscribere et inscribere. Sunt autem villae nominatim infrascriptae ad dictum monasterium ex antiquo, uti dicti fratres asseruerunt, pertinentes:

Villae 1° Colpino et Gzapel cum lacubus suis. — 2° Gdingen annexa ibi curia Grabow et piscatione in mari salso, prout ab antiquo fuit. 3° Oslanin, cum captura esocum in flumine Redaw juxta Brzezin, cum piscatione in mari. 4° Blunskow in districtu Pucensi. 5° Villa Somonin et Gorenczin. 6° Ostritz cum lacubus suis et nemore Zarzow. 7° Patulen cum stagno suo. 8° Golubie cum lacubus suis. 9° Prakow cum prato et stagno. 10° Melkow et Smolzin cum 7 lacubus. 11° Molendinum (...) inter Smolzin et Przodkowo. 12° Quandendorf cum piscatione in Moltava. 13° Belkow

---

Nota. — Désormais de faire une page pour des notes. —

cum molendino et 6 mansis in Kolbude. 14° Simondorf in insula majori 5 mansi. 15° Pollenzin cum suis lacubus. 16° Stagnum Gartez in districtu Mirachou cum omnibus et singulis eorumdem bonorum poventibus, pertinentiis .... cumque omni jure, dominio, proprietate, exemptionibus et libertatibus universis tenendae, habendae, pacifice et quiete possidendae in aevum etc.... Act. Petricoviae in Conventione generali fer. II ante festum Purificationis Ss. Mae V. A.D. 1525.—

1525, die 2 februarii idem Sigismundus I Rex constituit Achacium Czema Succam Pomeraniae Capitaneum Stochoviensem Defensorem et protectorem Cartusiae.

1526.—Idem piissimus Rex aliud amplissimum diploma in forma codicis monasterio contulit, in quo omnia principaliora privilegia a prima fundatione inscripta et per transumptum sub sigillo Regni extradita sunt. Opus aeco pretiosius.—

1548.—die 1 Aprilis obiit Sigismundus I Rex Poloniae, cui successit filius in regimine Sigismundus Augustus. De utroque Spondanus in Annal. Ecclesiasticis ad an. 1552 ait sic: Cum sub veteri Sigismundo Rege, ejus prudentia et sollicitudine regnum ab infectione haeresis fere immune permansisset; post ejus obitum sub Sigismundo Augusto filio et successore longe remissius in his se gerente, non solum nobiles Poloni confessionem Augustanam in Poloniam importarunt, verum etiam omnis alia haereticorum haeresumque colluvies sensim introducta est.—

De alienatione domus.—

Invalescentibus in his terris haeresibus, jam nemo inveniebatur, qui Ordinem nostrum ingredi vellet. Scripsit ideo Prior hujus loci ad aliarum domorum Priores, imo ad ipsum Capitulum gen., omnem quam potuit diligentiam adhibendo, ut plures Fratres acquireret, sed nihil ab ipsis (eundem defectum apud se hoc perturbatissimo saeculo causantibus) obtinere potuit. Conduxit proinde Prior aliquot saeculares scholares qui horis in choro decantandis tam diurnis quam nocturnis interessent, ne laudes divinae in Ecclesia cessarent. Conclamatum idcirco a Nobilibus vicinis (plerisque jam haeresi infectis) contra cartusiam hanc, et ad regem defertur 1543: Monasterium monachis esse vacuum, proinde rogare se, ut proventus ipsius alioquin uberes applicentur scholae Culmensi. Sed ad haec audi sapientissimum Sigismundi I Regis piissimi responsum: Scholis prospectum cupio, sed citra cujusque injuriam: nam suis redditibus monasteria spoliare injustum est,

Pollen
ingulis
tate,
nd a
lionis

a Succa

monas
ipta

nine
ait sic
loresis
re longe
iam
brodua

trum
um
quirere
re poter
lam
lamatum
t ad
ut
i sapin
io, sed
t,

Quicuique res et ante vita Regis istius. Quo 1548 mortuo, cum multi abuterentur bonitate, medicam facilitate Sigismundi Augusti Regis, et alii alia bona Ecclesiae permissa ejusdem invaderent, Ill.mus Andreas Zebrzydowski Episcopus Vladislaviensis impetrat, et ad malam orationem obtinet A.o 1550 possessionem Cartusiae hujus cum omnibus proventibus ad dies vitae. Extat in archivo domestico instrumentum notarii publ. de anno 1553, quod praeter alia hoc includit: A.o 1551 cum R.mus Cujaviensis, nunc Cracoviensis Episcopus (Andr. Zebrzydowski) adfuit, tum temporis maximam coenobio nostro intulit jacturam, tum capiendis ac abrogandis consiliis coenobii nostri, tum titulandi omne fructum, similiter omnem utilitatem nostram tam patris quam aliae universae supellectilis nostri domesticae, ac rerum omnium, quae tunc in coenobio nostro praesto fuerunt, instantum, ut nobis etiam, qui in maxima necessitate detenti, nihil utilitatis ac consilii reliquum fuerit, Hic Episcopus 1551 favore regio, ex cathedra Vladislaviensi ad Cracoviensem translatus est, et abhinc tempestas illa modicum quievit.

A.o 1559 Joannes Dulok capitaneus Dziboviensis a Rege impetrat et obtinet administrationem Cartusiae hujus sub praetexta conservationis: cum revera ad solum agendum, ut ipse magnam partem dotis monasterii acciperet. Nam cum Patres nostri promisissent illi ad dies vitae singulis annis 100 thal. administrationis suae munus eisdem libere resignavit, nec diu supervixit. Deinde similem praedam quaerebat Martinus ab Eden clericus et apud Regem obtinuit administrationem Cartusiae, Priore et Fratribus plurimum reluctantibus, eique litem apud Legatum Apostolicum indicentibus, quam mox morte secuta dirimit (obiit parte dentis in 29 augusto 1564) —

Post hunc Caspernus Geschkau, cum per Nicol. Lola auctoritate Regia ex Abbatia Oliviensi quam occupaverat, esset pulsus, nec haberet unde splendide viveret, Cart.ae administrationem opportunam ratus, eandem apud Regem consecutus est. Prior contra Casparum non solum Rmis.mis Card.lis Hosii et aliorum Praelatorum patrocinium quaesivit, sed militare quoque praesidium a civitate Gedanensi impetravit, ut eum ab ingressu cartusiae arceret: sed praevaluit auctoritas Regia, et Casparus sub certis conditionibus admissus est. Hic deinde locavit advocatos in Monasterium, et per ipsos quaesumque poterat de proventibus in suum saeculum colligebat, negligebat aedificia, et Fratribus victum et amictum maligne administrabat, Priorique omnem administrationem

seu gubernationem praeripiebat. Unde permoti Fratres, cum viderent proventus monasterii in parum pios usus expendi, se illiberaliter tractari, Advocatis dari sui esse et contemptui, aliqui secesserunt in Germaniam ad alias domos Ordinis, inter quos quoque Prior D. Joannes Spir, non ferens tam durum jugum administratoris et Advocatorum, collectis praecipuis privilegiis et sigillis monasterii, cum iis profectus est ad Cartusiam Hildesiensem. Remanserant interim pauci Fratres, inter quos D. Andreas Haseman a DD. Visitatoribus Prior institutus est. Casparus, mortuo jam Nicol. Loka, Abbas Olivensis factus dominabatur Cartusiae pro libitu, adeoque Patres oppressit, ut ad superiores suos litteras dare, vel ab eis accipere non permitterentur. Tandem idem animum adjecit ad monasterium penitus occupandum et deglutiendum. Impetrat apud Sedem Apostolicam et ad malam narrationem obtinet 1578 diploma incorporationis Cartusiae cum Oliva, et A° 1581 illud in auribus Fratrum nostrorum legit, et de facto monasterium occupavit. Tentavit deinde animos Fratrum, ut transirent ad Ordinem Cisterciensem, et duobus persuasit, reliquos quibus persuadere non potuit, de monasterio exegit. Prior tamen (Andreas Haseman) qui Olivam transierat, cognito errore suo, ad Ordinem nostrum rediit. Possessiones monasterii Casparus tam ante quam post incorporationem distraxit, tradendo ea suis fratribus et cognatis.

Ad has angustias accessit, quod Rex Sigismundus Augustus Cartusiam hanc cum aliis 4 campestribus monasteriis Pomeraniae Olivensi, Pelplinensi, Zuccoviensi et Zarnovecensi jam anno 1560 Gedanensibus pro 170'000 thal. oppignaverat, qui proinde de vigore inscriptionis Regiae et jure pignoris pariter intendentiam et administrationem Cartusiae praetendebant. Reliqua praetereo. Abbas deinde in Cartusia locavit pauculos Fratres de Conven. Olivensi. Et sic denique Ordo Cartus.is ex amplissimo Poloniae Regno, in quo integris 200 annis perstiterat, profligatus est.

De recuperatione domus. —

Tantam injuriam cum sibi factam intellexisset Ordo Cartus.is, D. Lambertum Ninglum Priorem domus Moguntiae, convisitatorem Prov.ae Rheni et 1582 Diffinitorem Capit.i gen. cum auctoritate in Prussiam ablegavit, ut prospiceret si quo modo monasterium recuperari posset. Qui cum 18 februarii 1584 Dantiscum pervenisset, adiit primum Illust.mum Hieronymum Rozrazewski Episcopum Cujaviensem L. O. ejusque consilium et auxilium rogavit. A quo bene sperare jussus, accessit mox Illust.mum nuntium Apostolicum

terii in
, aliqui
ir, non
iis et
nterim
st.
e pro
mitte-
ndum.
orporati
cto mo
Cisterci
L. Prior
m redit
dendo ea
m aliis
ecensi
ore
sice pro
e Conven
oo
m Min-
orem
m aste
rimum
et aux
olicum

in regno Poloniae. Erat is Card.lis Bolognettus: qui ejusmodi injuriis Cartusianis facta provocatus jam antea propio motu ad Pontificem Rom. scripserat, priusquam D. Lambertus in Prussiam venisset. Illi dedit plenariam commissionem Illust.mo Episcopo Cujaviensi, ut causam praetensam de plano et simplici cognosceret. Dum haec agunturur, decedit vita Casparus Gerkhon Abbas Oliviensis et Administrator Cartusiae 7 Aprilis 1584. D. Lambertus mittit protinus 11 aprilis notarium cum testibus et 2 fratres Ordinis nostri Henricum Breda et Jonam Warger (quos cum 2 aliis Andrea Hasemann et Conrado Fabri prof. D. hujus Ildesio Dantiscum reduxerat) qui repetant monasterium a Cisterciensibus, qui in eo morabantur. Respondent hi se sine jussu Prioris et Conventus Oliviensis non tradituros monasterium. Sequenti die D. Lambertus mittit ad Olivam similiter, qui a Priore et conventu postulent monasterium cum omnibus attinentibus restitui: quandoquidem, mortuo Casparo administratio plena jure juxta propria ipsius pacta ad Ordinem nostrum redire debeat. Respondent illi: quod a demortuo nostro Abbate nobis relictum est, retinemus usque ad novum Abbatem etc. Protestatus est D. Lambertus utrobique de jure suo, meliori via et modo prosequendo. Eligunt interim Oliviensis novum Abbatem, nempe D. Joannem Kotska Canonicum Varmiensem, qui pariter venit Cartusianis quod ipsorum erat, restituere. Porro R.mus Episcopus Cujaviensis auctoritate praedicta negotium tractandum suscepit, servatisque terminis substantialibus et receptis testimoniis, cum ad terminum ultimum pro sententia definitiva jam devenisset, ecce in ipso termino adest pars adversa cum inhibitione Apostolica qua tota causa a judicio Episcopi Romam evocabatur. Pendente lite, D. Joannes Kotska Abbas Oliviensis peste moritur, in cujus locum postulatur Abbas D. David Konarski canonicus.

Vocata causa sic, ut praefertur, Romam, Oliviensis per duos annos nihil in ea promoverunt: quamobrem pro deserta jam habebatur. Et coram judicio Illust.mi nuntii Apostolici Annibalis de Capua Archiepiscopi Neapolitani (qui in Regno Poloniae successit Emin.mo Card.li Bolognetto) Cracoviae de novo ventilari coepta est. In qua Oliviensis pro veteresuso more perpetuis injiciebant dilationes, ut in solio dictius manere possint. Illust.mus Nuntius pariter committit vices suas R.mo Episcopo Cujaviensi ad finiendum dictum negotium. Episcopus auctoritate praedicta tandem 1589 sequestrat Cartusiam cum omnibus bonis et proventibus, et post breve tempus decernit restitutionem monasterii. Quo intellecto, Cisterciensis Monasterium Cartusiense quod per 8 annos inhabitarunt

dam descerunt et olim ex eremitantur. In idem D. Lambertus, 21 julii 1589 officiose introducitur; qui illico scribit ad visitatorem Prov.ae Rheni pro mittendis huc personis Ord.is ad restaurandam Ord.is disciplinam. Advenerunt eodem adhuc anno, die 25 nov. viri 6 conspicui, nuclous totius Prov.ae Rheni, qui mox divinum officium secundum morem Ord.is absolvere coperunt. Nihilominus adhuc pascentis causae superv aliditate incorporationis reservata fuit, sed et hoc tandem 1591 per sententiam definitivam sublata est. Postremo dictae istae controversiae per amicabilem combinationem interutrumque monasterium transactae sunt.

Sic denique, deo auspice, favore ac benevolentiâ singulari Illust.mi et R.mi Hieronimi Com. a Rozrazow Episcopi Vladislaviensis (qui ideo 2.dus Fundator domus hujus merito dicitur) et immenso labore, curâ et studio D. Lamberti Minigli Prioris domus haec Ordini restituta est.

1594. — Sigismundus III Rex Poloniae eadem nostram ..... dictam intra civitatem Gedanensem per insigne diploma adscripsit Ecclesiasticae immunitati.

1596. — Confraternitas cum inclyto Conventu Olivensi inita est.

1597. — Confraternitas cum conventu Zucoviensi inita est.

1598. — Sigismundus III Rex confirmavit omnia jura et privilegia monasterii.

1598. — die 3 julii idem Serenissimus Rex personaliter visitavit domum nostram una cum illustrissimo Hieronimo Episcopo, dederuntque ambo largam eleemosynam.

1600. — Illustrissimus et Rev.mus Hieronimus Com. a Rozrazow Episcopus Vladislaviensis, 2.dus Fundator noster, Romam profectus ad visitanda SS. Apostolorum limina in anno Jubilaeo, ibique humanissime a Clemente VIII Pont.ce exceptus (quem Purpuratorum collegio adscribere animo erat) 9 februarii migravit ad coelestia. —

1602. — D. Lambertus Minigius Prior ex commissione a R.do P. ut fuerat profectus in Russiam ad aedificandam Ordini novam domum, ibidem 4 aug. cum statione vitae discessit, sepultus Premislae —

1603. — Villam Quadendorf annis 53 alienatam post longum processum nostri receperunt. Eodem 17 maii advenit huc D. Hector Hoen Visitator et Prior domus Heviensis, addiditque in augmentum Conventus 5 Patres, 1 conversum et 1 donatum. Post peractam visitationem domus idem assumpto secum D. Petro Heymann Priore, ex

commisso R.di P. Generalis, prospectus est in Russiam in negotio novae domus aedificandae, de qua tamen nihil factum est.

1613. — Ecclesia Conventualis cum turri tecta est laminis plumbeis.

1616. — Erecta est villa Patris, a multis annis deserta. Item villa Renii-Czorsel.

1617. — Commutata sunt bona Oslanys et Blanskou pro bonis Grabou. Hoburg in et. de consensu R.di Patris. —

1621. — empta est meditatis villae Hjöuflüs a G. D. Paulowski pro 6300 flor.

1625. — Pestis saevit in his terris. —

1626. — Bellum Suecicum primum. —

A.o 1626 die 6 Julii Gustavus Adolphus Rex Suecie cum exercitu 15000 militum descendit ex navibus in portu Pilava. Postridie mox trans Habum excurrit in Vermiam, subjugatis ibidem civitatibus, expilata profanataque Ecclesia Cathedrali, properat Elbingam, inde Mariaburgum, Dirszaviam etc. — Die 10 julii appulerunt in porta Gedanensi aliae naves Suecie sub Admiralio Regni cum militibus qui descensu facto, illico Olivam expilarunt et Pucitum civitatem occuparunt. Re intellecta, D. Joannes Wadsius Reppius Prior filiorum saluti prospicere cupiens, dimisit conventum, datisque obedientialibus jussit PP. quamque meliori via et modo ad alias domos Ordinis ire. Prior cum paucis Patribus confugit Gedanum. Illi vero in fuga primum diverterunt Stuchoviam; inde per Poloniam in Silesiam progressi sunt: hinc 5 ipsorum diverterunt ad domos Rov.ae Ren.ae superioris et in iisdem susceptis sunt, ubi jam desuetus est imperius (in domus Waldensis). Illi progressi sunt ad domos Rov.ae Rheni, in quibus gratum habitaculum invenerunt. Nonnulli ex itinere isto Gedanum ad D. Priorem reversi sunt. Mansitque monasterium per annum et amplius vacuum. Idem Succi 15 aug. deposuerunt, et ex eo campanas tres et horologium majus in turribus, imagines in tela per ambitum claustri pictas etc. avexerunt. Durabit bellum istud per annos 4. Demum A.o 1629 post maximam desolationem terrarum Russiae, armistitium ad oecumenium inter Polonos et Suecos, mediantibus regibus Franciae et Angliae, contractum est. Quando autem Prior cum fratribus Gedano ad monasterium reversus est, nullibi amotatum reperio. Puto tamen istud ante armistitium suspatum jam factum fuisse. Abhinc in plures annos pauci numero Patres in hoc Conventu fuerunt.

1630. — Emerunt nostri 4tam partem villae Slawkowo a DD. Bakowsciis pro IIII flor. et 20 Ungaric. —

1631. — Aedificatum est praedium ex solido muro prope monasterium.

1632. — Empta est sors nobilitaris in Wycksechowo cum 2 mansis.

eodem — 30 aprilis obiit piissimus Rex Sigismundus III, magnus Benefactor domus nostrae.

1635. — Induciae belli 1629 inter Suecos et Polonos ad sexennium contractae, anno praesente a 12 sept. ad alios 26 annos a Vladislao IV Rege Poloniae et Christiana Regina Sueciae prorogatae sunt. Spe igitur potiundae pacis D. Repffius scripsit ad visitatores pro mittendis huc personis Ordinis.

1636. — De aestate advenerunt huc DD. visitres et adduxerunt Patres 6 pro adjutorio domus.

1637. — Hortuli cellarum in conventu hactenus ligneis nonnisi sepibus distincti, muris cincti sunt.

1638. — Commissio D. Repffio Priori facta est de possessione accipiendâ oblatae novae domus Gidlensis.

1639. — Ecclesia in Goreczin expensis monasterii, curâ D. Caspari Cochelii coadjutoris constructa est.

eodem. Altare majus in Ecclesiâ conventuali erectum est, constat 3358 flor.

1640. — Pavimentum Ecclesiae conv. marmoreis lapidibus stratum est.

eodem — Campana major horologii empta est. Ponderat 19 Cent. 24 lb, constat 736 flor. ~~12 gr.~~

1641. — Pridie S. P. N. Brunonis perfecta sunt sedilia nova in choro.

1643. — Campana pro quadrantibus horol. empta est 3 Cent. 48 lb, constat 255 flor. 12 gr.

eodem — Ecclesia S. Catharinae dilatata et ampliata et ad eamdem turris erecta est.

1644. — Horologium majus pro Ecclesia Lubecâ procuratum est, constat 1208 flor.

eodem — Campana chori empta est 3½ Cent. 10 lb, constat 321 flor.

1645. — Die 3 aug. obiit D. Joannes Udalricus Repffius Prior optimus sepultus 4 aug. ante Capitulum et 5 aug. sub praesidio 2 seniorum conventus ex indulto speciali Rdi Patris electus est in Priorem D. Philippus Bolman a multis annis procurator domus hujus.

1647. — Ecclesia in Culprin sumptibus monasterii aedificata est.

1651. — Festo S. Michaelis fuit hic Serenmus Joannes Casimirus Rex Poloniae et comedit cum Patribus nostris in refectorio

1655. — Bellum Suecicum 2dum. —

Nondum finitis induciis, Sueci 1655 mense Julio ex Pomerania irruptionem

fecerunt in Regnum Poloniae. De qua irruptione jam ad initium anni praesentis in his maritimis oris rumor sparsus et evulgatus est. Quare Patres nostri praecautione usi, jam 29 Januarii res suas pretiosiores in Civitatem Gedanensem devexerunt, instrumenta vero Conventus et cellarum in unum collecta terrae infoderunt. Appropinquantibus vero Suecis 29 julii 4 Patres missi sunt Berezam in Lithuaniam (paulo post hi 4 cum 2 aliis professis domus nostrae Berezae hospitantibus, cum neque ibi res tranquillae essent, translati sunt in Moraviam, quo pervenerunt feliciter) alii 3 eodem die discesserunt Belkoviam, ituri ulterius in Austriam, sed ob interclusum a Suecis iter postmodum reversi sunt ad monasterium. Die 16 augusti alii 4 discesserunt Gedanum, ituri Coloniam, qui 26 ejusdem mensis navim conscenderunt, ac 20 sept. ibidem feliciter appulerunt. Die 20 Aug. obceptam a Suecis Bütoviam et alia imminentia pericula, securitatis causâ, quidam Patres Malkoviam discesserunt: paulo post reversi. 19 sept. denuo ob pericula aliquot Patres Belkoviam ac ulterius Quadendorffium discesserunt; paulo post tamen reversi ad monasterium. 9 oct. praedium nostrum Grabowo a Suecis est spoliatum, ex eoque inter caetera 40 equi abducti. 1 nov. iterum omnes Patres excepto procuratore, extra monasterium discesserunt et manserunt aliquot tempus Belkoviae; nec ab illo tempore reversi sunt ad monasterium, aliis ad domos Provae Alemae superis aliis ad domos Provae Alemae inferioris (ubi 3 ipsorum evaserunt in Priores) aliis ad Provam Rheni abeuntibus, mansitque rursum per aliquot tempus monasterium desertum. Prior cum uno alteroque Fratre residebat Gedani in aedibus nostris.

1660. — Redierunt ex Provâ Rheni per mare 10 professi ds nostrae et huc pervenerunt 5 aug. deinde alii et alii reversi sunt, exceptis 3, qui in Provâ Alemaniae inferioris in Priores evaserunt, et unus in visitatorem.

1662, 17 déc. obiit D. Philippus Bolman Prior. Post cujus mortem Patres 11 vocem habentes circa electionem usi et abusi sunt illo indulto, quod post mortem D. Repffii Prioris huic conventui concessum fuit, sed pro illa sola vice; elegeruntque sub praesidio 2 seniorum domus in Priorem D. Antonium Ziegler vicarium. 6 martii lecta fuerunt litterae Rdi P. Generalis, quibus D. Antonius Prior partim confirmatur, partim de novo instituitur, eodemque die homagium obedientiae Neo-Priori praestitum est.

1663. — Altare majus quod belli tempore a militibus Polonis profanatum fuit,

de novo consecratum est.

1669. — Prior profectus est ad Capitulum gen. in Gallias: abivit 12 martii rediit 16 julii.

1670. — D. Antonius a Prioratu per Capitulum gen. absolvitur, et in ejus locum instituitur D. Joannes Bilstein prof. hujus domus hactenus per annos 9 Prior in Snals et visitator Provae Alemae infis, qui huc 15 julii pervenit et 17 ejusdem installatus est. In accessu suo invenit in hac domo 26 alumnos, nempe 25 monachos et 1 donatum, quorum nonnulli quia cellae in conventu non sufficiebant, superius juxta PP. Laicos habitare compulsi fuerunt. 9 sept. idcirco tres Patres Gdlas, 1 Berezam et 1 in Austriam missi fuerunt.

1671. — D. Prior egit socium D. visitatoris in visitandis domibus Gedlensi et Berezanâ.

1677. — Tres domus Poloniae ex Provâ Rheni translatae sunt ad Provam Alemaniae super.

1678. — D. Joannes Bilstein Prior revocatus est a Rdo P. ad Provam Alemae infis ibidem factus Prior Ds Buxiae et visitator. In cujus locum pro Priore huc a Capitulo missus est D. Laurentius Fendrich profus hujus domus hactenus Prior Ds Buxiae, qui advenit 4 julii.

1690. — 11 maii orto incendio in polentario, granaria, molendinum, pistrina cum aliis officinis externis et omni provisione frumentorum ac farinae in monasterio in cineres abiverunt. Post incendium mox resuscitationi aedificiorum desudatum est.

1691. — 17 Aug. obiit D. Laurentius Prior.

1692. — 1 Februarii a R.P. instituitur Prior D. Petrus Beier hactenus procurator domus hujus. Qui diploma institutionis occultavit, nec se prodidit usque ad adventum chartae Capituli gen. qua confirmatus est.

1701. — Capella Graboviensis in Ecclesiam parochialem erecta et dotata est, atque Parochus institutus. — Eodem ao 17 oct. advenit Cartusiam Illustmus Stan. Szembek Episcopus Vladislaviensis et 18 ejusdem ordinavit Fratres juniores. —

1702. — Bellum Suecicum tertium. —

Ao 1702 in novembri advenerunt Sueci per mare ac descensu facto illico universam hanc terram occuparunt. Monasterium pro redimendo incendio vespere ad lumen Generali Steenbock solvere debuit 10000 tinfflorum. Insuper Colonellus Gustavus Rang cum sua cohorte in villis nostris stationem hyemalem elegit, mansitque in iisdem mensibus 6, cui quovis mense monasterium dare debuit 1640 flor. facit 9840 fl.

1703. — 7 januarii integrum regimen Suecorum mille equitum Generalis Meierfeld Cartusiam hanc ingressum est, excitatisque casernis ligneis intra muros, ibidem steterunt mille equi et 200 milites usque ad 3 julii cum ingenti molestia Conventus. In horto majori erant extructae culinae pro carnibus et tabernae, quas mulieres cum viris inhabitabant. Sub hoc tempore advenit Cartusiam Carolus XII, Rex Sueciae, lustravit milites et ad vesperam abiit. Duravit bellum istud in plures annos, et praeter Suecos haud leviter Poloni confoederati has terras afflixerunt.

1704, 5 oct. irruperunt aliquot cohortes Walachorum commendae Illustr.mi Potocki in villas nostras, qui subditos nostros crudelissime tractarunt, suspendentes eos inverso capite in camino et inferius fumum foetidum excitantes. His pro redimendo incendio monasterium dare debuit 16000 tinff. —

1705. — Solutae sunt contributiones Suecis 21608 flor. Polonis 11268 flor.

1706. — datae sunt Polonis 15784 flor.

1707. — Supervenerunt Mosci, cosaci et Calmuci.

1709. — Cepit esse fames et pestis in his terris, quae multos homines absumpsit.

1711. — Inter has aerumnas moritur D. Petrus Beier Prior 28 Aprilis 1711, praeficiturque a DD. Visitatoribus ad interim huic domui Rector D. Guilhelmus Loesberg, hactenus procurator domus hujus, qui tandem 1713 a capitulo gen. Prior instituitur. —

1719. — Empta est lampas argentea cum 10 Virg. ante majus Altare pro 3670 flor.

1723. — Vendidit monasterio D. Mich. Janowski Advocatus jure obligatorio sortes suas in Stawkowo pro 9000 flor.

1728. — 15 aprilis obiit D. Guilhelmus Prior. Die 10 junii ejusdem anni electus est a conventu D. Joannes Marx.

1731. — Tectum plumbeum Ecclesiae et 2 turrium ruinae proximum depositum est: et illico nova fabrica auspicata, trabes novae ac laquearia posita, turresque 3 erectae ac omnia cupro tecta sunt. Perfectum totum opus est 1733, constans 40000 et amplius fl.

1734. — Dantiscum a Moscis et Saxonibus oppugnatum est: qua occasione villae Monasterii Quedendorf et Gdingen a Moscis incensae, aedes nostrae intra Civitatem per bombos conquassatae sunt. etc. —

1735, 28 julii obiit D. Joan. Marx Prior; in cujus locum per electionem successit

horum sciptor (D. Georgius Schwengel) –

1736. – Neo-Prior villas combustas Quadendorfi et Gdingen resuscitavit, aedes monasterii intra civitatem Gedanensem obsidionis tempore conquassatas restauravit, harum duas de novo excitavit, in villis aliis desertas a pluribus annis curias rusales resuscitavit indeque proventus auxit; demum ambitum novum Claustri, Prioratus, Promsaturae et 4 cellas in conventu aedificavit.

1743. – Idem Prior ex commisso a R.do P. generali cum plena facultate visitavit domum Berezanam.

1745. – Emptum est antifendium argenteum Altaris majoris, constat 5247 flor. 11 gr. eodem. Capella una cum altari B.V. M.ae ex parte meridionali adportata et perfecta est.

1746 Ecclesia S. Catharinae intus reformata et in eadem 3 nova altaria erecta sunt, eodem. 6 candelabra argentea pro Altari majori empta sunt pro 3041 flor.

1749. – Prior ivit Berezam et ex commisso R.di P. ibidem Priore absoluto, introduxit alium novum Priorem. – (hactenus D. Georg. Schwengel). –

192

Annus 1711.

A° 1711 die 28 Apr. obiit venerandus Pater D. Petrus Beyer sp. et Prior a 20 annis Domus Dantisci.

Domus Dantisci insinuat R^mo P. Generali obitum D. Prioris sui, et petit Praesides electionis.

R^me Pater. Cum commune in Religionibus vel sacro Ordine nostro munus sit et officium, Fratrum suorum bono invigilare, obligationi satisfacere, pro eorumque salute non minori zelo quam sua propria zelari; noster itaque admodum Venerabilis in X^to Pater Prior Petrus Beyer senio fatigatus variisque infirmitatibus affixus, tandem (Deo sic volente) ad extrema devenit 28 aprilis, eademque die noctu cecidit columna domus nostrae, non sine maximo omnium dolore; nobis vero professis ejusdem domus Paradisi B. V. M^ae, quibus divina Bonitas singulari gratia in hoc loco, velut in sacrario, plurimis curis sollicitudinibusque (ob variorum militum concursus) bonis et justis rationibus animum nostrum moventibus, incumbebat necessitas, huic operi proficiendi talem, qui administrationi huic solertia indefessa insisteret, unde peracto consilio ut pastorali hoc negotio aliquem ex professis domus nostrae condecorare possemus, eodem animi consensu convenimus in unum, non per aliamquam per viam electionis fieri posse. Unde rogamus admodum Reverendam Paternitatem et obtestamur, quatenus domus nostra, carens visitatione per decursum 16 annorum et ultra, accessu Venerandorum Patrum visitatorum, visitatione fruiqueat, et petimus gratiam nobis impertiri ut eodem actu secundum formam statutorum, ad electionem novi Prioris procedere valeamus. Faxit Deus, ut in hoc negotio tam arduo inveniamur omnes et hominum et Dei judicio digni nomine et professione nostra, et qua juvemur et exerceamur et in dies magis magisque progrediamur. Interim in precibus ad Deum fundendis R^mae Paternitatis observandissimi, quem rogamus etiam atque etiam, ut sacro Ordini, tum protectioni monasticae quam diutissime servet incolumem. Ita dimissis votis unanimiter apprecamur et vovemus

R^mae Paternitati suae humillimi servi et in X^to subditi

Raptim ex Cartusia Paradisi B. V. M^ae prope Dantiscum A° Dni 1711 prima maii

Indigni fratres Floan. Mar. p. et vice Dati...

Hoc tempore (1 maii 1711) Conventus domus Dantisci constabat ex his personis:

1.– D. Martinus Haasen, Dantiscus, professus d° a die 20 aug. 1667.
2.– D. Georgius Adenau, Confluentinus pr. S. — 15 aug. 1669
3.– D. Joannes Krebs, Coloniensis, pr. S ——— 2 februar. 1670 Antiquior
4. D. Nicolaus Steurman, Confluentinus, p. S – 2 febr. 1670 obiit 16 aug. 1711
5.– D. Petrus Mahr, Euvirensis — } p. S – 15 aug. 1670
6.– D. Michael Seither, Friburgensis }
7.– D. Christophorus Koczanecki, Silesius, p. S Gidlensis 1 nov. 1688 hospes.
8.– D. Petrus Eimerscheidt, Vitensis, pr. S – 12 dec. 1688. ~~coadjutor~~
9.– D. Joannes Foecher, Coloniensis, pr. S 12 dec. 1688 coadjutor
10. D. Hermannus Höllingk, Wiperfordiensis, p. S – 8 dec. 1694
11. D. Michael Wiatrowski, Dantiscus, pr. S – 23 maii 1695, Sacrista
12. D. Joseph Kristeli, Ollomucensis, p. S Berezae, 8 dec. 1695, hospes
13. D. Antonius Lassgätter, Glatzensis, pr. S – 17 nov. 1696
14.– D. Guilielmus Loesberg, Trajectensis Mastrich, p. S – 6 jan. 1700, Procurator
15– D. Joannes Marx, Stabulensis, p. S 6 jan. 1700, Vicarius

Similes litteras de obitu V. P. Prioris sui ven. conventus dedit a R. D. Visitatorem provinciae Alemaniae superioris sub eodem die et anno.

Respons. Venerandi P. Visitatoris ad idem.

Multum ven.lis a religiose in X.to P. Vicarie caeterique ven.les in X.to Patres Condolenter percepi ex litteris vestris de dato 1 maii (quas 20 ejusdem in actu visitationis constitutus Maurbaci in Austria obtinui) admodum V. P. Priorem vestrum 28 aprilis ultimum naturae suae debitum exsolvisse. Cui ante omnia requiem et laborum suorum per tot annos sane miserabiles et infelices exantlatorum mercedem animitus precor et exopto. Et quia unanimi consensu per viam electionis alium, et quidem e gremio vestro affectatis, intentionem vestram ratam habens, lubenter electioni interesse vellem; nisi Visitationis negotiis in his regionibus praeventus jam essem, et imminentis novi belli apud vos pericula manifesta accessum meum facerent inconsultum. Proinde ne hortus Marianus diu maneat sine Hortulano, atque ovile sine Pastore, intendo loco mei ad vos ordinare admodum V. P. Priorem Gidlensem (Gregorum Bartoch pr. Brunae)

nis:

DII

a-

ctor,

ita-

tions
ilis
sno-
lus
e
stasse
mmi-
Utiz,
tore,
Brunoa)

ut actui electionis intersit et vices meas supplet. Interim ne zizania transgressionum aut vitiorum in eo excrescant, et oves abiata Pastore incedant vias perversas, V.P. Vicarius in spiritualibus, ven. vero P. Procurator una cum ven. P. Coadjutore in temporalibus, ne turbines pativae, aut malevolorum semina eos demoliantur illum aut devastent curam curatam indefessi habeant. Antequam autem admodum V.D. Priori Gidlensi negotium electionis committam, praestolabor a vestris Paternitatibus responsum, cum mihi constet recursum jam esse per litteras ad R.mum P. nostrum Generalem in hoc negotio ex Conventu vestro; num ab eodem prius responsum expectare, an vero electionem absque ulteriori morâ peragere velitis.

Quibus omnes ac singulos utpote pupillos Iutori Deo providentissimo, me vero orationibus vestris sincere commendans; manco totius ven. Conventus ... fidelis in X.to servus .. F. Bathelmus Jentschke Prior Cart.ae Brunensis, Visit.or Hem.ae Sup. e Polonia

Mauriani 23 maii 1711 P.S. Responsoria dirigantur Brunam.

§ - Ven. Conventus rescripsit illico ad hac litteras, ursitque negotium Visitationis et electionis. -

Respons. II. - Ven.di P. Visitatoris ad idem. -

Admodum Ven. ac Religiose in X.to P. vicarie. Responsorias Ven. Paternitatis vestrae obtinui. Cum negotium novae electionis et visitationis ob causam in supernis allegatam, differendum sit usque ad Responsum R.mi D. Generalis, peto interim informari, quot sint milliaria Wratislaviâ usque Dantiscum, quot dierum sit iter, an illud tutum, tum propter pestem, tum propter filios Bellonae: qualis ibidem moneta pecuniaria in usu, et an sufficientes sint ad solvendas expensas pro tanto itinere necessarias; et si (quod absit) infortunium accideret, et fieret despoliatio in via, num velint damnum res arcire. Passus quoque necessario ibidem tessarum authenticas procurandus et ad me dirigendus foret. Super quibus omnibus informari peto. Omnes ac singulos paterne salutato atque adhortor, ut tanquam flores Mariani gratum Deo et hominibus praebeant odorem per vitam pacificam et Statutorum accuratam observantiam. Deumque humiliter constanterque exorent, ut cuncta disponat ad meam unius gloriam vestamque salutem. Ita voveo et voveo. Ven. ac Relig. Paternitatis vestrae totius que Ven. conventus servus in X.to fidelis. F. Bathel. Visit.or Brunae 9 julii 1711.

um
P.
pora
evasten
si
cum
hoc
electi
vero
in
onia
tionis
estrod
is
infor
an
a
neces
um
procu
ac
beo et
antiam
loriam
Ven.

Die 6 augusti interim obiit D. Nicolaus Steurman, professus domus.

Responsum IIIum ejusdem.–

Ven. ac Religiose in Xto P. Vicarie. Passum mihi transmissum quidem obtinui: antever autem sequentis anni, vix valebo negotium Electionis simul et visitationis peragere, eo quod et ego et admodum Venus D. convisitator male valeamus. Ad hyemem autem tam prolixo itineri se committere, inconsultum foret. Et licet V. D. Priorem Gidlensem pro electione facienda eo mittere vellem, visitationem tamen facere non posset. Proinde novae expensae fieri deberent propter visitationem. Praestat itaque utcousque adhuc patientiam habeant, quatenus utrumque negotium per unam fidelium peragatur Gedani et Berezae: cum et ibidem V. D. Prior obierit. Quod ipsum jam intimavi Rmo P. Generali, desuper ab eodem praestolaturus responsum: a quo ratione litterarum a Domo Gedanensi post obitum V. D. Prioris missarum, nullam hucusque obtinui informationem: reor quod et ipse malevaleat, aut certe litterae interceptae fuerint.

Quibus me SS. precibus et sacrificiis omnium commendans maneo. Ven. ac Relig. Patrtis vestrae totiusque conventus in Xto servus. † Anthel. Visitor Brunae 13 aug. 1711

1712.–

Responsum IVum ejusdem.–

Multum Ven. ac Relig. in Xto P. Vicarie. Cum tempus vernale appropinquet et ego brevi post Paschan intendam me committere itineri ad faciendum Waldicii electionem novi Prioris et desuper visitationem: iis vero ibidem finitis, ad idem praestandum Gedani: idcirco aveo informari, quid ibidem terrarum agatur, num consultum erit ac tutum eo se conferre? terrent autem nova, quae hic habentur, de novo bello Turcico contra Moscos et Polonos, quodque Mosci circumdent ac occupent terrenum Dantiscanum, donec percipiant quam praetendunt, summam pecuniae ob certas causas. Quod si ita esset, periculosus atque inconsultus per eos foret transitus, consequenter et per Lituaniam. Quibus stantibus, non electio et visitatio, sed institutio tantum alicujus Rectoris necessario ad interim fieri deberet in utraque domo Polonicae. Idcirco a ven. Patte certior fieri desidero, eamque cum toto ven. conventu (quem peramanter saluto) quam optime in utroque homine valere exopto,

me in eorum SS. commendans. Ven. ac Relig. P^tis vestrae in X^to servus et confrater

F. Anthelmus Visit^or Brunae 3 martii 1712. –

Responsum V^um ejusdem ad Conventum Gedanensem. –

Ven. ac Relig. in X^to P. Vicarie. Cum Viennâ non obtinuerim licentiam pergendi Dantiscum ob periculum ibidem locorum adhuc versans infectionis; eapropter, ~~pariter Berezae, mutare~~ intentionem meam, eo veniendi ad electionem et visitationem in Gedanensi Cartusiâ peragendam, pariter Berezae, mutare debui. Ne autem diutius oves maneant sine Pastore; idcirco hodie per eandem portam scribo A. V. D. Priori Gidlensi, ut loco mei ad utramque domum proficiscatur ac Electionibus intersit. Deus illuminet corda eligentium et in unum conveniant et quidem meliorem, juxta monitum 4 Regum 10: = Eligite meliorem etc..

Ego cum novo A. V. D. Convisitatore (Bened. Lutz Priore Maurbacensi) interim interfuimus electioni novi Prioris Waldicii, in qua omnium votis electus fuit A. V. D. Vitus Korais pro tunc Vicarius et quondam Procurator Gidlis. Peracta electione ibidem inchoavimus actum visitationis: quo finito, iter nostrum directo Gedanum dirigere intendebam. Dolo proinde, quod faciem vestram videre, hortumque Marianum invisere hucusque non valeam. Deus misereatur tandem Regni Poloniae et flagella iracundiae quibus feritur, ab eo clementer avertat: ut rursum cuncta suo ordine rite et in omni foco peragi valeant. Existens hic Olomucii in Visitatione, chartam Capituli gen. obtinens, eam pariter V. P^te vestrae transmitto, ac me cum salute paternâ ad totum Ven. Conventum Gedanensem, omnium sacrificiis et orationibus continuo commendo, informari cupiens, an has cum charta obtinuerit, et quid rerum ibidem nunc agatur aut versetur.

Ven. P^tis vestrae totiusque Ven. Conventus in X^to servus.

Fr. Anthel. Jentschke Visit^or Prov^ae Alemaniae Sup. et Poloniae. Olomucii 18 junii 1712 (A)

D. Guillelmus Loesberg professus et hactenus Procurator instituitur Rector domus Dantisci

Ven. ac Relig. in X^to D. P. Vicarie, caeterique Patres in X^to venerabiles.

Cum elapso Vere mihi, prout intendebam, ad vos pervenire non licuerit, ibidemque electioni novi Prioris praesidere; atque ea peracta in domo vestra visitationis actum

---

(A) Ex ch. Cap. 1712: Domui Dantisci Pastore orbatae relinquimus electionem novi Prioris.

instituere; commiseram negotium electionis peragendae A.V.D. Priori domus Gidlensis; qui etiam viae jam se accinxerat; vero mox prima die inchoati itineris sui, magna febre correptus, domum reverti coactus fuerit: nec alius practicabilis modus, perseverantibus ibidem terrarum periculis multifariis, occurrat, quo per viam electionis, uti quondam petivistis, novum Priorem consequi possitis; Eapropter ne dictus Hortus Marianus relictus sine cultore seu Superiore, silvescat, et grex vester sine Pastore a via salutis aberret, virgam correctionis Viariam non non attendens et baculum consolationis fastidiens in damnum utriusque status; necessarium proinde existimavi, unum interim vobis in Rectorem proficere: Qui, si se bene gesserit, et charitati vestrae placuerit, in sequenti Capitulo gen., ad humilem petitionem vestram poterit in Priorem ordinari. Itaque ex urgentibus causis supramemoratis:

Instituo vobis in Rectorem domus vestrae Ven.^in X^to Pat. D. Guilelmum Loesberg comprofessum et protunc Procuratorem vestrum: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Quem cum Divo Gregorio monitum velim, ut in eo regat disciplinae vigor mansuetudinem et mansuetudo ornet vigorem; sicque alterum commendetur ex altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta: quo fiet, ut praesit et prosit, gratumque tum Deo, tum hominibus praestet obsequium.

Ven.^bus autem Patres et Fratres ibidem degentes juxta § 39 Statutorum nostrorum partis 2^a cap. 3 prompte in omnibus ei obediant, ut cuncta eis salutaria fiant atque eveniant. Haec namque sola est virtus, dicente S. Gregorio, quae caeteras menti inserit, insertas custodit, ac mentes religiosas perficit. Filii in X^to dilectissimi, hoc est antidotum, quo vobis in tempore praesentis verae necessitatis succurrendum duxi: quo interim consolati et contenti digne ambuletis vocatione, quâ vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientiâ supportantes invicem in charitate: solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis: memores mei in orationibus vestris.

absque dato (L.S.) F. Anthelmus Jentschke Prior Cart.^ae Brunensis Visitator prov.^ae Alemaniae Superioris et Poloniae mpp

Pervenit hoc institutionis instrumentum ad Cartusiam Dantiscenam 4 dec 1712 et ab hac die D. Guilielmus Rectoratum auspicatus est.

Steterat Domus haec in viduitate absque Superiore mensibus 19, diebus 6, idest a

28 aprilis 1711, quo D. Petrus Beier Prior obiit, usque ad 4 dec. 1712, sed id belli et pestis saevitia effecit, propter quam Praesides Electionis huc pervenire non potuerunt.

Status Domûs interior. –

1. – D. Guilelmus Loesberg, Rector, aetatis 37.
2. – D. Ioan. Marx vic. . . . . 40.
3. – D. Martinus Haasen p. D. . . . . 68.
4. – D. Georgius Adenau, p. D. . . . . 69.
5. – D. Ioan. Krebs, p. D. antiquior. . . . 64.
6. – D. Petrus Mahr, p. D. . . . . 69.
7. – D. Michael Seither, p. D., laesi cerebri. 66.
8. – D. Christophorus Koczanecki, hospes.
9. – D. Petrus Eimerscheid, prof. D. aetatis. 49.
10. – D. Ioan. Foecher, coadjutor usque ad 26 dec. quo Berezam pro Rectore profectus est, aet. 47
11. – D. Hermannus Hölling, p. D. 41
12. – D. Michael Wiatrowski, sacrista . . 36
13. – D. Iosephus Kristeli hospes.
14. – D. Antonius Lassgötter, p. D. . . 34.

Status Domûs exterior. –

Cartusia haec pecuniis per milites exhausta, necesse habuit argenteriam Ecclesiae suae videlicet lampadem argenteam ponderis 256 schoth, thuribulum ponderis 162 schott, 4 candelabra argent. ponderis 1200 schott in summa 1618 schott oppignorare et pro accepta summa pecuniarum 1200 florenorum annuatim in vim provisionis 60 flor. pendere. De qua re ultima quietatio sic sonat: (suivent 6 lignes d'Allemand)

Item oppignoratum fuit praedium Malkowo in summa 1500 flor. ad hanc inscriptionem: Membrana od nas nizey podpisanych dana JMci P. Kazimierzowi Czapiewskiemu na Złotych 1500 dobrey monety, ktorą sumę pożycznym bierzemy sposobem, na dwie lecie od teraznieyszey daty, infra nominawoney 3 prowizyami, od sta Kazdego po 6. Złotych tuteyszych co Rok dac assekuraiemy, albo przy oddaniu Kapitalney sumy: ktorą pomieniona, sumę na dobrach naszych Klasztornych, to jest na Folwarku Małkowskim Zapisuiemy y ligamentis supra positis deklaruiemy dosyc czynic. Na co się przy ciśnieniu pieczęcy Klasztoru naszego Kartuzkiego

podpisuiemy. Dat w Kartuzach dnia 17 Czerwca Roku 1707

† Petrus Beier Prior cartae — Subscript. Exsolvi hac pecunias die 5 julii 1714

† Joan. Foecher vicarius — (L.S.) in praesentia G. D. Węgerski Arendatoris nostri

† Guill. Loesberg proc. — Matkow, † Guill. Loesberg Prior.

Connotatio in quo statu ante pestem (quae 1710 grassata fuit) et bellum praesens villae cartae fuerint, et qualiter nunc (1712) depopulatae et campi earum deserti reperiantur.

Aschbude fuere 15 hortulani, nunc 12.		Klobuczin: — 16 chmetones	— 7
Belkowo — 2 semichmet:	— 1.	Kolano — 1 chm.	— 1 semichm.
Carthaz: — 11 hort.	— 8.	Kruzyn — 1 semichmet:	— nullus
Czapel antiqu. — 3 hort.	— 1.	Kulpin — 9 chmet:	— 3
Czapel nov. — 8 chmetones	— 3.	Matkow — 2 chm. et 5 hort.	— 1 chm. et 4 hort.
Fuspeterhut — 6 semichmet	— 3.	Ostritz — 8 chmet.	— 3.
Gdingen — 8 chmet et 5 hort.	— 3 chm et 3 h.	Patul — 6 semichmet. et 1 hort.	— 2 chm et 1 hort.
Golubie — 7 chmet	— 3½.	Poleczyn — 3 chm. 3 hort	— 1½ chm. 2 hortul.
Goreczino — 9 chmet	— 4 et hort. 1.	Rakowo — 7 chmet.	— 1.
Grabou antiqu. — 3 chmet	— nullus	Rontz — 5 hort.	— 5.
Grabou nov. — 10 chmet	— 1½ et scult.	Smolzin — 7 chmet.	— 2.
Grabows-hutt: — 9 semichm:	— 3 et hort. 3.	Somonin: — 5 hortul.	— 5.
Grzibno — 1 chm.	— 1 semichm.	Spon: — 6 semichmet:	— 4
Segmutz — 2 semichm:	— 1	Quadendorf, Sitno, Stoffershutz villae omissae	

Inventi igitur ante bellum fuerunt in omnibus bonis cartusiae 122 chmetones et 1 semichmeto, hortulani vero 79. Nunc autem ex iis supersunt 46 chmetones et hortulani 64. Vacantium harum chmetoniarum aedificia 36 partim collapsa, partim conflagrata sunt.

Connotatio contributionis, quae ex bonis cartusiae copiis militaribus in parata pecunia spatio unius anni a pascha 1711 usque ad pasch. 1712, exceptis iis quae in natura fuerunt subministrata, est exsoluta.

1. — Pro mansis contribuimus copiis Reipubl. . . . 1829 flo. 4 gr.

2. — Pro portionibus, copiis Generalis Rybinski . . . 2816 — 12

3. — Pro exsolutione hybernae annorum 1707. 1708 et 1710 — 14175 flor. 29 gr.
4. — Moschis pro mensis . . . 2756 —
5. — iidem pro consistentia hyemali . . . — 2016 —
6. — Copiis Excell.mi D. Insiferi portiones . . — 3618 — —

Summa contributionum unius anni 27 211 flor. 15 gr.

§. Die 10 dec. supervenerunt a supradicto V.P. Visitatore aliae litterae ad domum Paradisi B. M.ae; quibus D. Joannem Toecher pr. et coadjutorem ejusdem (olim etiam per 9 an. Vicarium de Berezoe) instituit in Rectorem de Berezoe. Qui hinc abiit 26 dec. et itinere per Varsaviam sumpto, pro impetranda ibidem apud Senatores Regni aliquali remissione contributionum militarium, negotio hoc pacto, Berezam se contulit. Quo 28 Jan. 1713 pervenit et Rectoratum ibidem auspicatus est.

1713. —

Post abitum D. Joannis Toecher coadjutoris (26 dec. 1712) D. Guilelmus Rector totum pondus oeconomicae difficillimis illis temporibus, per duos menses et ultra, unicus et solus portavit. Tandem necessitate adactus, praesio Conventu, ad initium mensis Martii D. Joannem Marx pr. et hactenus Vicarium instituit in coadjutorem et D. Petrum Kimerscheid in Vicarium hujus d.i, remque hanc illico retulit per litteras, dat. 15 martii Ven.do P. Visitatori: ad quas recepit tale responsum:

Littera V.P. Visitatoris ad Rectorem. —

Admodum Ven. ac Relig.ne in X.to D. P. Rector. Hactenus ab A. V. P.te vestra nullas obtinui litteras; ac proinde responsorias remittere non valui. Ad novissimas autem de dato 15 m. art. lubens reservio. Satisfaciam que petitioni de submittendo personam ordinis pro officio Procuratoris, necnon postulantes 3. Interim patientiam habeat, usquedum utrumque commode fieri poterit. Quod si d.o Gedanensi extorsiones pecuniarum adhuc continuent, compatior, optans: ut et illae brevissimae sortiantur, quatenus jacturas perpessas paulo reintegrare valeant. Debita pro defunctis persolvere poterit per missas juxta praxim ordinis una cum novitter instituto coadjutore, cujus officium sine praevia licentia ipsius R.mi P. Generalis nemini committi debet.

ac proinde ab eo aliquando confirmandus erit. Quibus properan^r datis me in omnia SS. commendans existo A. V. ac Relig^mae P. V. in X^to servus et confrater.

Anthelmus Visit^or, Brunae 6 aprilis 1713.

Ven. Conventus instat apud Ven. P. Visitatorem, ut D. Guil. Rector instituatur in Priorem. —

A. D. Visitator, Dne et P. in X^to colendissime. Cum a ven. P^te vestra, admodum ven. in X^to P. Dnus Guilelmus pr. d^s nostrae, alias coadjutor et pro tunc procurator, in Rectorem nobis et domui nostrae institutus fuerit: quam institutionem Capitulum gen. confirmavit, petimus humiliter a V^da P^te vestra nos infrascripti fratres dictum admodum V. P. Guilielmum in Priorem nobis et domui et nostrae praefici. Cum enim A. V. P. Rector tenorem vitae quasi commendabilem et Deo et Fratribus, insuper et extraneis fecit in officiis coadjutoris et Procuratoris, etiam pietati suae adjecerit in Rectoratûs officio; hinc est, quod multum nobis gratulemur, quod memoratus Dnus in superioratûs sui praefecturâ, in sequendo chorum tam diurno quam nocturno tempore, in quantum negotia domus hoc turbatissimo tempore permittunt, in patrimonii SS^mae Virginis solerti curâ, in provida et ad Fratres discretâ dispensatione, claustralis disciplinae aemulatione, ovium sibi commissarum diligenti custodiâ, quarum vulneribus et oleum et vinum, pro earum exigentiâ, infundere satagit ad exemplum pii istius Samaritani. His virtutibus A. V. Patris provocati, dictum A. V. Patrem in Priorem nobis et domui nostrae praefici, iteratâ instantiâ humiliter petimus pie confidentes, dictum V. Patrem vitae religiosae tenorem non solum non mutaturum, quin magis exemplis boni Pastoris plura vitae merita adjecturum esse. Quod votis sanctis obtinere contendemus a Divina Bonitate. Et his nostris votis duo VV. Patres voce carentes et duo VV. Patres hospites piam suam comprecationem devote consociant.

Ven^dae P^tis vestrae obedientes subditi et in X^to servi.

Ex d^o Dantiscana 23 martii 1713. ✠ Petrus Emmerscheid indignus Vicarius mpp etc.

Responsum V. D. Visitatoris. —

Ven. ac Relig. in X^to P. Vicarie. Ex litteris vestrae Reverentiae de dato 23 martii anni currentis laudes et commendationem, multum Ven. P. Rectoris a me instituti, quodque cum eo Ven. Conventus sit contentus, atque cum ipso omnia sibi a Deo bona eventura speret ac confidat, super quo multum gavisus spem eorum bonam ac firmam desideratis

effectibus a Deo confirmari ac benedici, animitus exopto. Petitionem ejus confirmationis in Rectorem aut institutionis in Priorem D.s, quae autem debet a v. conventu subscribi, Ven. P.tas vestra citius ad me dirigere, quemadmodum D.s Berezana fecerat per proprium nuntium, eo quod inde Brunae litterae per postam non acquiruntur: debuisset. Jam enim directorium Provinciae ad montes Cartusiae direxeram: tardius vero litterae missae, ad debitum tempus eo pervenire non possunt; quoniam ob certa impedimenta magnum circuitum facere debent. Nil tamen dubito, ejus confirmationem in charta Capituli venturam: quia ejus institutionem directorio meo inserui.

A dicto multum A D. Rectore unicas obtinui litteras, ad quas etiam ei respondi. Spero itaque eum responsorias meas interim jam obtinuisse, promptitudinemque meam exinde percepisse, petitionibus ejus satisfaciendi. Cum autem vestra Reverentia ponat conditionem aliquam quoad postulantes 3 illuc mittendos, ut videlicet prius discant cantum choralem, aut antea jam sciant, notum facio: quod tales, qui cantum jam sciant, aut prius in saeculo addiscere velint, non habeam: ac proinde differo aliquem eo dirigere, quousque certior fiam, an sine hac conditione illos suscipere velint. Raro enim tales hic acquiruntur; sed sicut consuetum est, in novitiatu apud nos instruuntur. Quoad caeteras conditiones positas, reflexionem habebo.

De festo inducendo in Provinciâ vestrae Paternitati gratificari hic et nunc nequeo; requiritur enim ut id tota provincia apud Capitulum gen. urgeat. Caeterum Ven. P.tis vestrae debitas ago gratias pro oblatis sacrificiis Deo pro peccatis meis et animae meae salute litandis, maneoque vicissim pro salute animae Ven. P.tis vestrae ad Deum precator obligatus.

F. Anthelmus Visit.or Brunae 21 aprilis 1713.

Charta Capituli gen. 1713. Dno Guilielmo Loesberg, pr. et procuratori D.s Dantisci, super annum in Rectorem ejusdem D.s a P. Visitatore nominato, non fit mia

Et paulo inferius: Dno Joanni Foecher, pr. et coadjutori D.s Dantisci, in Rectorem D.s Berezae a P. Visitatore super annum nominato... non fit mia.

Die 17 apr. obiit D. Petrus Mahr, professus in hac domo (15 aug. 1670) olim sacrista, coadjutor et per plures annos Procurator ejusdem. Deinde ad magnam instantiam a Procuratura absolutus, cellae redditus fuit. Verum post aliquod intervallum iterum ex cella extractus et coadjutor institutus fuit; sed externarum rerum molestias pertoesus, post paucos menses iterum

absolutionem petiit ac ad cellam reversus est. In qua in senectute bonâ aetatis 71 annorum felici fine quievit. Scripsit multos libros pro choro.

Litterae V. D. Visitatoris ad D. Rectorem de Postulantibus et Procuratore. —

Multum ven. a Relig^me in X^to P. Dne Rector. Ut petitis multum V^lis P^tis vestrae gratificer, tres ad sacrum Ordinem nostrum aspirantes jam disponi, ut se proximi ad Cartusiam Gedanensem conferant per Wratislaviam: quos Deus dirigere ac protegere, salvosque eo deducere dignetur: multum ven. P^tas vestra eos ad normam statutorum nostrorum instrui satagat. Ad S. Ordinem nostrum tendentes habemus non paucos, verum in Poloniam paratos non multos.

Quod attinet personam Ordinis pro Procuratore eò mittendam, libenter supersedebo: cum quidam ex suo conventu contradicant, qui forte idipsum affectant, ne ad initium novi regiminis sui perturbationes exinde sentiat. Proinde bene faciet, si V. D. Joanni Marx officium contulerit Procuratoris: cum ad id aptus sit, atque ab ipsis XV. Patribus Conventualibus commendetur et affectetur. Consuetudo etiam antea fuerat apud nos in Germaniâ instituere coadjutorem, sed sublata fuit per piae memoriae defunctum R. P. Generalem, nec sine praescitu et consensu ipsius cuiquam officium istud committatur.

Promptitudinem A V. P^tis vestrae solvendi memorata debita, ratam gratamque habeo; quod agendo ulteriorem fidem faciet Domui sibi commissae. Quibus me SS. precibus utpote male valens singulariter commendo: qui sum multum V. P. V. in X^to servus et confrater

† Anthelmus Visitator — Brunae 4 junii 1713.

§ Post harum litterarum adventum circa medium mensis junii, D. Joan. Marx hactenus coadjutor, institutus est in Procuratorem domus. Postulantes vero 3 a V^do P. Visitatore missi, post medium mensis julii ad domum hanc pervenere, nempe:

1. — Fridericus Simon, Silesius 23 annorum. — 2. — Franciscus Ehrlich, Silesius Wenceslaviensis, 24 annorum. — 3 — Augustinus Klicznik, Brunensis, 22 annorum studiosi Olomucenses. Ex his Fridericus Simon laborans morbo incurabili, ante susceptum habitum dimissus fuit. Duo reliqui 7 sept. habitum Ord^is acceperunt; sed ex his Franc. Ehrlich ob varios excessus post annum medium ejectus fuit, et unicus † Augustinus Klicznik ad professionem pervenit.

Status domûs interior ad finem anni 1713. —

1. — D. Guilelmus Loesberg, Rector 1. 2. — D. Petrus Eimerscheid vicarius.

3. – D. Martinus Haasen, p. S.
4. – D. Georgius Adenau, p. S.
5. – D. Ioan. Krebs, Antiquior.
6. – D. Michael Seither, p. S., inclusus
7. – D. Christophorus Koczanecki, hospes
8. – D. Hermannus Hölling, p. S.
9. – D. Michael Wiatrowski, sacrista.
10. – D. Ioseph Kristeli, hospes
11. – D. Antonius Lasgötter p. S.
12. – D. Ioan. Marx Procurator.
13. – D. Augustinus Klicznick, novitius.

Absentes:

14. – D. Ioan. Foecher, Rector S. Berezae.

1714. –

Ven. P. Visitator mittit ad domum Dantisci Vicarium. –

A. Ven. ac Relig.me in X.to P. D. Rector. Praecedenti posta eiusdem misi obedientiales, quibus acceptis se conferat Gedanum pro officio Vicarii et Instructoris ibi exercendo. Est vir in optima aetate constitutus, in multis practicus, ita ut novitios non tantum in spiritualibus, verum etiam in manualibus exercitiis, quae Cartusianis novellis valde necessaria sunt, ne pulvinari diaboli incumbant, taedio solitudinis oscitantes, bene occupare et instruere valeat. Brunae 26 Apr. 1714. – F. Anthelmus Visitator. –

Litterae D. Prioris Waldicensis de eodem Vicario.

A. V. ac Relig.ne in X.to Pater. Quandoquidem V. P. Carolus Pisetzki Cartusiae Waldicensis professus, natus sit ad obsequia praestanda domui Gedanensi, eoque a Superiore Provinciae destinatus, ego quoque eundem eidem lubens faveo, ac in favorem A. V. P. suae commendo, manens suus obligatissimus servus. Waldicii 5 maii A.o 1714. F. Vitus Koreis, Prior.

Eadem die iter suum est aggressus idem pater Carolus: cui pro viatico dabam 200 flor. Rhenensium in optima moneta, aliaque mobilia necessaria valore decem flor., quae mihi a Ven. Cartusia Gedanensi veniunt refundendi.

§. 8 Iunii idem D. Carolus Pisetzki, patria Gitschino Bohemus, professus et olim procurator Cartusiae Waldicensis, pervenit ad domum Paradisi B. M.ae et mox officium Vicarii ac magistri novitiorum (quae hactenus D. Petrus Eimerscheid exercuerat) auspicatus est: fuit vir doctus et multarum artium practicus.

Die 14 junii D. Christophorus Koczanecki, hic hospes a 12 circiter annis, non tam libenter quam reverenter, acceptis a V. P. Visitatore obedientialibus, reversus est Gidlas ad domum professionis suae, eodem curru revectus, quo D. Carolus advectus fuerat.

Litterae D. Prioris Gidlensis de hac re. –

A. Ven. Relig.me ac in Xto amand.me P. et D. Prior. V. P. Christophorus 24 junii ad nos appulit: Deus ipsi largiatur S. constantiam, tolerandi nobiscum calamitates. Extradit mihi Imperiales 10 et tymphones 9. Item aromata nobis charitative missa et caseos 2 et caput sachari. Pro quibus omnibus A. V. P.ti suae et toti conventui manemus obligatissimi.

Gidlis, 7 julii 1714 – Servi in Xto, F. Gregorius Prior cum pusillo grege.

§. 15 julii charta Capituli gen. lecta fuit in conventu, per quam D. Guilielmus hactenus Rector, praeficitur in Priorem hujus domus. Verba chartae sunt: = D. Guiliel. Loesberg pr. et Procuratorem d.s Dantisci a R.do Patre a duobus circiter annis in Rectorem dictae d.o institutum, praeficimus in Priorem. Et hoc eodem die praefatus D. Guilielmus magno tum Ven.ti Conventus, tum subditorum monasterii gaudio vicinorumque applausu in sedem Prioris introductus est.

Conventus illo tempore constabat ex viris senio plerumque confectis. Ipsemet D. Guilelmus Neo Prior omnium in hac domo protunc erat junior aetate et professione. Rarum exemplum. Quod statum externum attinet, primus labor Neo-Prioris fuit, ut monasterium ab aere alieno et debitis belli tempore contractis redimeret. Cumque aliunde (bonis monasterii per bellum et pestem desolatis) pecunias conflare non posset, praehabito seniorum consensu, vendidit mercatoribus Gedanensibus ex silva Pollenczinensi, quae tunc insignis erat, aliquot centenas quercuum, quarum pretio argenteriam Ecclesiae et praedium Matkow oppignoratum redemit aliaque debita exsolvit, aedificia ruinosa restauravit, agrosque desortos colonis elocavit.

§. 9 sept. festo nominis B. M.ae Virginis Fr. Augustinus Klicznik, Brunensis, expleto novitiatu aetatis suae anno 23 sacram professionem fecit.

18 oct. D. Joseph Kristeli, ollomucensis, professus d.s Berezae, hospes in hac d.o Dantisci a 9 annis et infirmarius, acceptis obedientialibus ad domum Berezanam professionis suae reversus est: ad quam pervenit 2 nov. ac paulo post ibidem sacrista institutus est.

Dominica proxime sequente, in locum abeuntis, D. Petrus Eimerscheidt institutus est infirmarius. – 1 sept. charta Capituli gen. pervenit ad domum Berezanam, per quam D. Joan.

Foecher, Rector, in Priorem d.s ejusdem instituitur his verbis: = D. Joannem Foecher, prof. et coadjutorem d.s Dantisci, a R.do Patre a duobus circiter annis, in Rectorem d.s Berezae institutum praeficimus in Priorem dictae d.s Berezae. Eodem die ritu Ordinis consueto installatus est.

16 nov. obiit D. Georgius Adenau, Confluentinus, pr. d.s Dantisci, anno aetatis 71, professionis 42. Idem in schedula professionis suae a tergo propria manu adscripsit sequentia verba: = Ego Fr. Georgius Adenau 1643 die 15 dec. natus sum. Sub 25 aetatis anno Ordinem intravi. Ingressus chorum B. M.ae Magdalenae festo 1668. Habitum vero accepi in Vigilia B. M.ae assumptae. A.o 1669 die 15 aug. in praesentia D. Antonii Prioris professus sum. A.o 1672 feria 2.a Pentecostes primitias celebravi. Post injustam vero pluribus annis a celebratione mortificationem, 24 febr. 1703, iterum celebrare incoepi ex concessione R.di D. Patris: uti Prior dixit. = Vir hic anno 1675 die 24 febr. acceptis obedientialibus a V. P. Visitatore Prov.ae Rheni, missus fuit ad domum Gidlensem pro adjutorio. Egit olim sacristam per 4 annos in domo Dantisci.

Status domûs interior ad finem anni 1714. —

1. — D. Guilel. Loesber pr. et Prior d.s
2. — D. Carolus Pisetzki, pr. d.s Waldicensis, vic. d.s
3. — D. Martinus Haasen, senior pr. d.s
4. — D. Joan. Krebs pr. d.s Antiquior
5. — D. Mich. Seither, pr. d.s, inclusus
6. — D. Petrus Eimerscheidt, pr. d.s, infirmarius
7. — D. Hermannus Hölling, pr. d.s, inclusus
8. — D. Mich. Wiatrowski, pr. d.s sacrista
9. — D. Anton. Lassgöther, pr. d.s subsacrista
10. — D. Joan. Marx, pr. d.s Procurator
11. — D. Augustinus Klickznik, pr. d.s

In choro nonnisi 9 personae

Absentes professi d.s

12. — D. Joan. Foecher, Prior d.s Berezae.

1715

28 julii advenerunt duo candidati cum litteris commendatoriis ex cartusia Coloniensi, Joan. Buschman, et Joan. Lyon, ambo ex ipsa civitate Coloniensi orti. Quibus accessit Andr. Bartochowski Polonus, Presbyter saecularis, ex recommendatione Perillustris D. Officialis Gedanensis.

7 Sept. hi tres novitii habitum Ordinis acceperunt: nomina duorum priorum sub receptione habitus pro majori distinctione mutata sunt, primus Joseph Buschman, alter Nic. Lyon nominatus est. Andr. Bartochowski post 2 menses a receptione habitus, iterum dimissus

fuit, ex eo quod innotuisset ipsum antehac in Ordine S. Benedicti jam professionem fecisse, ac eodem aufugisse. Idem a nostris dimissus, post tempus modicum, apud Patres Reformatos novitiatum ingressus est, sed et ab his post menses 6 iterum abivit. Deinde egit aliquo tempore Vicarium Leoburgi, et haud diu post factus est Calvinianus, in majorem animae suae damnationem.

+ 31 oct. advenit Georgius Schwengel ex diaecesi Warmiensi, civitate Melsack oriundus aetatis 19 a°, qui 8 dec. mane hora 7ª habitu Ordinis donatus est.

Status domûs ad finem anni 1715. –

1. – D. Guilel. Loesberg Prior
2. – D. Carolus Pisetzki, vic.
3. – D. Martinus Haasen, senior prof.
4. – D. Ioan. Krebs, Antiquior
5. – D. Mich. Seither, Laesi cerebri
6. – D. Petrus Eimerscheidt, Infirmarius
7. – D. Hermannus Hölling, inclusus.
8. – D. Mich. Wiatrowski, sacrista
9. – D. Anton. Lassgötter, subsacrista
10. – D. Ioan. Marx, Procurator
11. – D. Augustinus Klieznik, p. S.
12. – F. Ioseph Buschman – } Novitii
13. – F. Ioan. Nic. Lyon, } Novitii
14. – F. Georgius Schwengel } Novitii

Absentes: D. Ioannes Foecher, Prior D. Berezae. –

1716. –

1° Aprilis obiit in hac domo D. Mich. Theisgen ex oppido Mayfeld diaec. Treviensis oriundus, Praebendarius a 20 annis et magnus Benefactor ejusdem. Vir hic fuit olim cartusiae confluentiae Donatus per annos 6, et bis cum suo D. Priore stante Capitulo gen. fuit in Cartusia majori. Tandem post mortem sororis suae, assecutus amplam haereditatem, abjecto habitu Ordinis factus fuit miles. In quodam vero conflictu sauciatus militiam deseruit. Cumque in patria parum acceptus esset, progressus est Dantiscum, ibidemque apud Patres Birgittanos per biennium hospitatus est; de proprio peculio vivens. Deinde ad cartusiam nostram accedens, ibidem primum per biennium dispensatorem egit, postea per annos 18 Praebendarium. Solvit annuatim certum quantum pro habitatione et victu Conventui, moriens autem omnem suam substantiam (ultra 7000 flor.) eidem adscripsit et reliquit. Habitabat bonus senecio in camera, ubi nunc sartoria est, solebat quotidie uni sacerdoti ad missam

ministrare et circa infirmos in Conventu se valde sollicitum et charitativum exhibere. Elocaverat vivens 1200 flor. ad annuum censum super quaedam emphiteosin in villa Quadendorf, disposueratque ante mortem, ut ex proventu hujus summae quotannis 100 stuffae vini gallici pro ven. conventu emerentur. Sed haec consuetudo in Actu visitationis 1728 cassata et sublata est, per ordinationem: de vino quotidie VV. PP. in quantitate ¼ stuffae ministrando. Ad conservandam autem memoriam illius Benefactoris coeptum est ab A° 1728 cuique Conventuali ad diem anniversarium dicti D. Michaelis Theisgen, aut quando pro eo officium persolvitur, dari una stuffa vini Hispan. et panis albus Gedanensis vulgo vin Weitzel a 6 grossis, fratribus autem laicis media stuffa ejusdem vini. Mortuus est insignis hic vir ex calculo et podagra, septuagenarius circiter aetate, sepultusque in nostro coemiterio. Cui a toto Conventu concessum est anniversarium perpetuum cum missa Conventuali et Agenda.

Sabbato 8° F. Augustinus Kliznick pr. d. Gedani in Capella Regia ab Ill.mo D. Christophoro Szembek Episcopo Livoniensi accepit tonsuram et 4 minores ordines.

Die 8 sept. professionem sacram fecerunt FF. Josephus Buschman, aetatis 23 et Bartholomeus Lyon aetatis 24 a°, ambo Coloniae oriundi.

Die 19 oct. investiti sunt novitii FF. Albertus le Vasseur et Henricus Clouth, ambo Colonienses patriae, sed Henricus post menses 8 in noviciatu expletos, habitum ordinis deposuit, et Coloniam reversus est.

Die 8 dec. F. Georgius Schwengel Varmiensis, sacram professionem fecit: ad quam parens ejus Monasterio donavit 1000 flor. Ruth. et integrum volumen panni albi pro habitibus, mater vero mappas et mappulas novas pro toto Refectorio.

Die 21 dec. sabb. 4 temporum, FF. Josephus et Bartholomeus proxime dicti, Olivae a R.mo D. Casimiro Dambrowski Abbate ibidem, de consensu Ill.mi Loci Ordinarii, acceperunt 4 min. ordines.

De aestate anni praesentis, die 23 julii, sub spatiamento PP. Conventualium, accidit memorandus casus: sedentibus Patribus sub spatiamento ad littus lacus Mielenko, ascendit F. Augustinus lintrem piscatorium ibidem repertum, et quidam Juniores acquisitis perticis intendebant pro loco lintrem cum suo Ascensore funiculum a littore removere; sed impetu incauto facto, linter cum F. Augustino praeter intentionem pretavit in altum ad 40 ferme passus, reflatusque est aquis usque ad summum (erat enim vetus et in pluribus locis perforatus) ac coepit sensim mergi in profundum. F. Augustinus videns periculum, exsiluit

here.
a
00
nis
tuffoe
1788,
eo
vin
signis
nitere
Agenda
istoph.

L

o
is

parens
d,

d:

in. ordines.
it-
cend it
licis
impletu
rme
her-
lüt.

in aquas, ut se natando, cujus aliquam notitiam habebat, salvaret; sed pondere vesti-
-mentorum retardatus, cum vix 10 passus progressus fuisset, coepit submergi; actumque
fuisset de eo, nisi novitius Nic. Lyon, aliis timore perculsis, illi obviam collo tenus proces-
-sisset, apprehensumque per capulium ad littus attraxisset. Extractum sic et in littore
jacentem, nemo non credebat mortuum: facies subnigra, corpus tumefactum, membra
rigida et sensus perditi nihil certius spectanti persuadebant. V. P. Carolus Pisetzki Vicarius
semel atque iterum illi in aurem forti voce ingerebat, quatenus signum aliquod contritionis
sive labiis, sive manibus de se proderet, sed gratis: nihilominus conditionaliter generalem
ipsi impertiit absolutionem et alii levatis oculis et manibus in altum, Deum orabant,
alii vero ipsum volutabant, et corpus rigidum vellebant, sed jacuit ut jacuit absque
omni sensu. Tandem Patribus moerore affectis, quum jam pararent reditum ad monaste-
-rium, incepit aliquantulum respirare et se movere, quod dum Patres advertissent, mox
ipsum superioribus vestimentis exuerunt, ac denuo corpus volutarunt et fricarunt et
omnem curam, qualem charitas et angustia suggerebat, impenderunt, ut artus rigidos ad
pristinos motus revocarent, quo tandem Deo adjuvante factum fuit, quod sensus obstu-
-pefacti sensim restituti fuerint, ita quod una cum Conventu domum reversus sit.
Interrogatus posthac, quidnam cogitasset, dum sensisset se in profundum mergi?
Respondit: fiduciam posui in scapulari B.ae M.ae de Monte-Carmelo, quod gesto, clamavique,
Mater adjuva me et sensi, quasi me aliquis manu apprehendiderit et ad littus tra-
-xerit: plura vero nescio, quidnam mecum actum fuerit.

Status domus ad finem anni 1716.-

1.- D. Guilielmus Loesberg, Prior.
2.- D. Carolus Pisetzki vic.
3.- D. Martinus Haasen, Senior d.
4.- D. Joan. Krebs, Antiquior
5.- D. Mich. Seither, inclusus
6.- D. Petrus Eimerscheid, Infirmarius
7.- D. Hermannus Hölling, inclusus.
8.- D. Mich. Wiatrowski Sacr.ta
9.- D. Anton. Lassgötter, Subsacr.ta
10.- D. Joan. Marx, procurator
11.- D. Augustinus Kliczník
12.- D. Joseph. Buschman
13.- D. Joan. Nic. Lyon
14.- D. Georg. Schwengel
} Prof.is d.
15.- † Albertus le Vasseur
16.- † Henr. Cloath
} novitii

Absentes:
D. Joan. Foecher, Prior d. Berezae.

sti-
e
hroes-

ra
ruit
onit
aler
t,
que
ste-
nox.

à
stu-

vique-
tra-

1717. —

Dominica sexagesimae, D. Joseph Buschman institutus est Infirmarius.

Die 28 februarii hinc ad cathedr. Varmiens: Frauenburgum in trahis missi sunt pro sac. Ordinibus FF Augustinus, Josephus, Anthelmus et Georgius comite V. P. Procuratore, ubi ab Illmo DD. Joanne Franc. Kurdwanowski Episcopo Marocensi, suffraganeo Praeposito Varmien. in sacello domestico

Die 4 martii F. Georgius Schwangel imprimis accepit sac. confirmationem (patrino assistente Perillustri D. Godefrido Henr. Lib. Barone ab Eulenburg scholastico Carnenecensi Praeposito officiali Elbingensi et praesentibus Parentibus) mox primam tonsuram et 4 minores ordines, FF vero Augustinus, Josephus et Anthelmus ordinati sunt subdiaconi.

Die vero 7 martii iidem 3 Fratres ibidem ab eodem ordinati sunt Diaconi, et die 10 martii domum reversi sunt.

Die 25 aprilis sub vesperis obiit piissime D. Joan. Krebs Coloniensis, professus (2 febr. 1670) et Antiquior hujus domus: Vir columbinae simplicitatis, qui neminem unquam verbo aut opere offendit, paupertatis religiosae cultor maximus; in cujus cella post mortem nihil praeter lacerum, Breviarium, Diurnale ac Rosarium repertum fuit, omnibus charus, neque sine multis lachrymis sepultus est. Libet pauca viri istius piissimi gesta recensere.

Ven. P. Prior Cartusiae Coloniensis commendat candidatum D. Priori Dentiscano A. V. in X^to Pater. Quidam adolescens intelligens 3 ex his partibus candidatos in domo vestra susceptos, planxit suam fortunam neglectam, quia sese non adsociaverit illis proficiscentibus. Institit enim aliquoties hic, etsi valde ferventer, nolui tamen eum audire; sed suasi ut absolveret philosophiam, est enim studiosus Physicae. Ille vero ardens desiderium ulterius continere non valens, proprio suo consilio et resolutione clam se subduxit: reliquit quidem litteras domi ad Vitricum suum et matrem, sed quo tendat, non exprimit de industria, uti ipse scribit, ne a Parentibus revocaretur, et in suo proposito impediretur. Vitricus bonus et benignus vir venit ad me, ostendens litteras illas relictas, ex quibus aliter colligere non possum, nisi quod ad vestram Cartusiam adspiret, et haec sit causa itineris ipsius, videlicet ad vestram societatem. Habebit autem difficultatem antequam perveniat, quod

potuisset commode facere, quia Parentes negotiantur, habentes correspondentiam Amstelrodami, Hamburgi etc. Ipse vero tanquam in Dei providentia ambulavit, non stipatus nummis convenientibus tanto itineri. Potuisset tamen largius sumere ex eodem loculo, ubi reliquum accepit subsidium; noluit tamen, propter reverentiam Parentum, quos offendere timuit, sicut ex ejus relictis litteris apparet, unde mihi placet indoles. Placeat A. V. P. Vestra, si forsan veniret, eum tanquam bonorum Parentum filium recipere, etsi ipse juvenili ardore et zelo forsan non satis ordinato illam resolutionem coeperit et executus fuerit. D. Deus ordinet ad finem bonum omnia, precor. In gratiam bonorum parentum, sollicitudinem et curam gerentium pro filio suo, hoc nunciare volui et adolescentem A. V. P^ti vestrae commendare. Si veniret illuc et inveniret gratiam et locum in domo vestra, probareturque futurus bonus Religiosus et S. Ordini utilis, esset parentibus maximum solatium. Inde enim cognoscerent ex bono spiritu ejus vocationem esse. Coloniae ipso S. Dionysii et Soc. m. m. 1668. –

V. P^tis vestrae obsequ^mus servus, F. Georgius Andreae Prior d^o Coloniensis

P. S. – Si comparuerit adolescens iste, A. V. P^tas Vestra exhilaret parentes bono nuncio quamprimum, si placet.

Ejusdem Commendatio altera.

A. V. in X^to Pater. Scripsi sub dato 9 oct. feciquementionem alicujus adolescentis affectentis in Cartusiâ vestra locum: qui cum proevideret et cognosceret aegrea parentibus obtinere valere dimissionem, insalutatis ipsis, clam se subduxit. Sicut tunc scripsi atque informavi A. V. P^tem vestram, eum esse filium bonorum parentum et honestae familiae, cum veniret ad A. V. PP. vestram benevole susciperetur. Nunc idem repeto ad instantiam bonorum parentum: quos valde sollicitos reddidit illud iter ex inordinato forsan fervore susceptum, vel, si ex bono Dei spiritu, probare poterit A. V. P^tas vestra. Dnus Vitricus eum insecutus est usque Amstelrodamum, tentare volens, an eum posset Coloniam reducere; Adolescens vero a coepto itinere recedere nullatenus persuaderi potuit. Igitur D. Vitricus videns constantiam ipsius in proposito suo, aliud medium non fore ratus, nisi occasionem quaereret quomodo iter illud continuaret usque Dantiscum. Invenit navim, convenit cum nauclero de naulo et victu, bene precatus ei, in pace dimisit et adhuc rogavit persistens Amstelrodami, quatenus cum A. V. P^ti Vestrae commendarem. Nomen adolescentis est Joannes Krebs, notus illis qui non pridem ad vestram Cartusiam sunt profecti Candidati, praecipue tertio. Haec cum summa festinatione, Maneo A. V. P^tis vestrae obsequen^mus servus. 19 oct. 1668. Coloniae F. Georgius Andreae Prior –

stcho-
ates
lo, ub,
timui
rs an
lo
et ad
gores
eniret
isus
ons

um, si
dacet.

tis
lene
ptem
ntra
olli-
lu,
fentare
tanus
edium
ms,
it
po-
t
uen

250

Fr. Joannis Krebs Testamentum ante sacram professionem -

Ex autographo.. Dominus nobiscum, quis contra nos?

F. Joannes Krebs. quidvis ut faciam tibi o Jesule parvule mi?

Amen, amen dico tibi: esurivi enim et dedisti mihi manducare; sitivi et dedisti mihi bibere.

Sed amabo mi parvule Jesule, quando te vidi semel esurientem et pavi te? aut semel sitientem et dedi tibi potum? Amen autem dico tibi, Fr. Joannes, quamdiu fecisti uni de his fratribus meis minimis, mihi fecisti. Amen dico tibi, mi Fr. Joannes, quamdiu non fecisti uni de minoribus his, nec mihi fecisti. Amen, amen dico tibi, F. Joannes: quamdiu non fecisti uni de minoribus his, nec mihi fecisti. Et ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam.

Heus, heus, parvule Jesule! proestat, ut ego renunciem omnibus, et ut ita liberer a supplicio aeterno: et trahas me una cum R^do P. Priore et cum omnibus etiam hominibus in toto terrarum orbe bonae voluntatis versantibus post te: quo citius, eo melius et gratius nobis erit. Quod nobis dignetur dare omnipotens Pater et Filius et Spiritus Sanctus, Amen.

Quid ergo vis, ut disponam et quomodo vis ut disponam?

Sic dispones: illos 100 Imperiales, quos vulgo vor ein Spiel-Pfennicht de testamento retinuisti, R^dus P. Prior habeat, excepta dispositione sequenti: 3 ducatos pro quibus R^dus P. Prior poterit memoriale quoddam emere. Si ego haberem adhuc in potestate, emerem forsitan adhuc aliquid melius, quia autem in potestate mea non est: R^dus P. Prior dignetur sibi aliquid emere, quodcumque R^do P. Priori placuerit. Amen.

Similiter V. P. Gyessen habeat 3 Imperiales pro memoriali quodam.

Et sequitur: V. F. Cornelius Koenigsfeld, qui etiam habebit ducatum et V. F. Nic. Steurman habebit parvum ahenum. Pro nobis, id est, pro Jesulo meo et pro me F. Joanne Krebs emat tamen R^dus P. Prior, ob amorem Dei, pro tam corporis quam animae meae salute, pro undecim Imperialibus dentem eburneum: et omnibus tam Patribus quam Fratribus et Laicis semel faciat gratiam pro 11 Imperialibus tam in cibo quam in potu.

Deinde procuret nobis R^dus P. Prior pro 5 Imperialibus aliquam picturam pro Refectorio, poterit in pictura esse Jesus Crucifixus, Beata Virgo et S. Joannes Evangelista et S. Mª Magdalena infra crucem. - Caeterum superfluum numerum propter amorem Dei dignetur tamen R^dus P. Prior dividere in tot partes quot sunt hic, id est, in Cartusia nostra, quam etiam in aliis cartusiis Patres et Fratres: qui tamen interfuerunt professioni meae, inclusa F. Laico Joanne, qui tamen tantum Imperialem habebit pro sua parte. R^dus P. Prior una cum caeteris superius nominatis aeque spectabunt ad divisionem hanc, ac si superius non essent et nominati; nam haec fuit pro beneficiis

tam a R^do P. Priore quam a ceteris mihi prestitis, licet exigua plane, nisi majora a Deo expectent. Amen.

Vale predilecte R^de P. Prior, viveque Dia, nestoreos tibi precor annos. Fiat autem sanctissima voluntas Dei, ac ejus sanctissima voluntas sit tua voluptas. Fiat, fiat, fiat.

Et in adjuncta schedula: Omnia ad majorem Dei gloriam.

Do ego Fr. Joannes Krebs 600 Imperiales pro lampade.

Cabulam auream et antipendium rubrum pro 100 et 50 Imperialibus.

Casulam argenteam albam et antipendium pro 100 – 50 Imper.

Pro sex Altaribus . . . . . 300 — Imper.

Pro calice argenteo et pro alba et palla Altaris 100 —— Imper.

Pro cruce lapidea magna in coemeterio — ~~40~~ – 40 Imper.

100 Imperiales pro me Fr. Joanne Krebs vulgaviter mei Vicinly fuerunt ~~[illegible]~~ antea

Reliquis pecuniis utatur pro supplemento tam dictorum, et aedificiis restaurandis

Sic restant 500 et 60 Imperiales . . . § fiunt 2000 Imperiales.

Duo scyphi vini Hispanici dentur unicuique conventuali et Fr. Laico tam in professione quam etiam si per Dei gratiam primitias celebraverit.

Vestimenta donet Joanni Heidden sutori.

§ Parentes dicti Fr. Joannis, accepto hoc testamento, illico Cartusiae nostrae obtulerunt 2000 Imperiales, insuper vas vini Rhenensis pro centum Ducatis.

Adsunt plures aliae in archivo nostro de eodem P. Joanne Krebs litterae, sed et novi hominem ex facie, sed sufficit de eo dicere: Pie vixit, pie mortuus est. –

In alio volumine Schwengel ait de eodem Joanne: Hic vir Coloniae Agrippinae genere senatorio natus et magnarum fortunarum haeres fuit . . . novis hominem extremis duobus vitae annis. Ego eat antiquiorem D^m. Krebs in summa apud Patres veneratione et dilectione propter simplicitatem columbinam et latentem sub hac sanctimonia, et omnem unquam verbo aut opere laeserat, videbatur homo sine felle. Cupiebat quotidie dissolvi et esse cum X^to, cujus exemplum pono: Obiit anno hyeme 1716, cumque ei quidam ex Fratribus diceret: Pater, non est de tempore, nunc mori: terra congelata est, non poterimus vobis foveam facere, respondit cum suspiratione: sinite me jam mori. Quod in aniferius in ultimo vitae momento probavit: incepit intonare ma sponte canticum Te Deum laudamus, et sub medio hymno expiravit. ss ita schw. Appendix ad lon. III. pag. 324. 122 Dela copie de chartreuse.

1718

Die S. Ursulae et Sociar, m.m. 21 oct. sac. professionem fecit F. Albertus le Vasseur, coloniensis natus 23 oct. 1694. –

Status Domûs ad finem anni 1717. –

1. – D. Guilel. Loesberg, Prior.
2. – D. Carolus Pisetzki, vic.
3. – D. Martinus Haasen, sen. ps.
4. – D. Mich. Seither, inclusus
5. – D. Petrus Eimerscheidt, antiquior
6. – D. Hermannus Hölling, inclusus
7. – D. Mich. Wiatrowski, Sacrista
8. – D. Anton. Lassgötter, Subsacrista
9. – D. Joan. Marx, Procurator.
10. – D. Augustinus Klicznik diac.
11. – D. Josephus Buschman, diac. et Infirmarius
12. – D. Anthel. Lyon, Diac.
13. – D. Georgius Schwengel } m. d.
14. – D. Albertus le Vasseur }

Absentes:

15. – D. Joan. Foecher, Prior D. Berezae –

1718. –

Die 23 Januarii, qui erat dies Dominica, Gedani in capella regia ab Ill.mo et R.mo D.D. Constantino Szaniawski Episcopo Vladislaviensi et Pom. L. O. ordinati sunt FF. Augustinus, Josephus et Anthelmus in Presbyteros, F. Georgius in subdiaconum (dispensante cum eo Episcopo super defectu aetatis) et F. Albertus accepit 4 minores ordines. –

Die 6 Februarii, F. Georgius Schwengel (absoluto D. Mich. Wiatrowski) institutus est sacrista, et F. Albertus le Vasseur (absoluto D. Anton. Lassgötter) subsacrista.

2) Die 21 Martii D. Anthelmus Lyon celebravit primitias.

1) Die 19 Mart. D. Josephus Buschman celebravit primitias.

Festo Compassionis B.M.ae V.is D. Augustinus Klicznik celebravit primitias. –

Die 18 maii, Joan. Weyer clivus Xantensis, natus 19 Apr. 1698, 1. 2.a studiosus, recommendatus a D. Josepho Schöller Priore Cartusiae Xantensis (Wesaliae), incollatus et die 23 junii investitus est.

Die 23 junii, investitus est pro Donato Simon Karpinski, miles Polonus, sed hic post annum iterum habitum sacrum deposuit, et proximâ qua hinc abivit, die Dominica, uxorem duxit calvinianam in villa Widelin.

Die 16 dec. post Matutinum, mortuus est ex hydrope D. Anton. Lassgötter Bohemus Glatzensis natus 17 maii 1676, professus in hac domo 17 nov. 1696.

1719.—

Status Domûs ad finem anni 1718.—

1.— D. Guilel. Loesberg, Prior.
2.— D. Carolus Pisetzki, Vic. hosp.
3.— D. Martinus Kausen, sen. pn.
4.— D. Mich. Seither, Cursi arebii
5.— D. Petrus Limerscheidt, Artiguior
6.— D. Hermannus Hölling, inclusus
7.— D. Mich. Wiatowski, pn. D. Presb.
8.— D. Ioan. Marx, Procurator.
9.— D. Augustinus Klicznik, Presb.
10.— D. Josephus Buschman, Presb. Infirmarius
11.— D. Anthel. Lyon, Presb.
12.— D. Georgius Schwengel, Sacrista, subdiac.
13.— D. Albertus le Vasseur, subsacrista
14.— D. Ioan. Weyer, novitius.
15.— F. Simon Karpinski, Donatus.
Absentes..16.— D. Ioan. Foecher, Prior D. Berezen.

1719.—

Die 4 martii, Frauenburgi ad cathedralem Ecclesiam Varmiensem ab Ill.mo D.D. Ioanne Franc. Kurdwanowski Episcopo Marcensi, suffraganeo Praeposito Varmiensi, in domestico jus sacello, F. Georgius Schwengel ordinatus est Diaconus, et F. Albertus le Vasseur, subdiaconus.

Die autem 5 martii idem F. Albertus ab eodem, ibidem ordinatus est Diaconus.

Die 24 junii F. Ioan. Weyer Xantensis fecit sac. professionem.

Die 24 junii incellati et die 21 julii investiti sunt FF. Ioannes Lyon Coloniensis aetatis 20 annorum, Henricus Huberti Coloniensis, aetatis 23 an. et Laurentius Brandt Varmiensis Heilsbergensis natus 9 aug. 1695, omnes bis Philosophiae studiosi.

Die 24 aug. attulit Cartusiam Ioannes Loede Aurifaber Gedanensis lampadem majorem argenteam cum 10 viginibus, ponderis plus minus 60 librarum, constat 3690 flor. Prutheni, ad quam summam F. Georgius Schwengel ex testamento ante sac. professionem contulit mille florenos, residuum alii Benefactores adscripti.

Status Domûs ad finem anni 1719.—

1.— D. Guilel. Loesberg, Prior.
2.— D. Carolus Pisetzki, vic. hosp.
3.— D. Martinus Kausen, sen. pn.
4.— D. Mich. Seither, inclusus.
5.— D. Petrus Limerscheidt, Artig.
6.— D. Hermannus Hölling, inclusus
7.— D. Mich. Wiatowski, Presb.
8.— D. Ioan. Marx, Procurator.
9.— D. Augustinus Klicznik, Presb.
10.— D. Josephus Buschman, Infirmarius.

11. – D. Anthol. Lyon, Presb.
12. – D. Georg. Schwengel, Diac. Sacr^ta
13. – D. Albertus le Vasseur, Diac. subsacr^ta
14. – D. Joan. Weyer, pr. D
15. – F. Joan. Lyon
16. – F. Henr. Huberti } novitii
17. – F. Laur. Brandt
Absentes: 18. – D. Joan. Foecher, Prior D. Berezae

1720. –

Feria II^a Paschae, – Gedani in Capella Regia ab Illmo et R^mo DD. Constantino Szaniawski nominato Episcopo Cracoviensi ordinati sunt FF Georgius Schwengel et Albertus le Vasseur in Presbyteros; et cum F. Georgio idem Episcopus dispensavit super defectu aetatis ad decem menses. Eodem die accepit F. Joan. Weyer tonsuram et 4 minores ordines. Et Feria III^a Paschae ibidem ab eodem Episcopo F. Joan. Weyer ordinatus est subdiaconus.

Die SS. Philippi et Jacobi, F. Georgius celebravit primitias.

Die Ascensionis Dni, F. Albertus celebravit primitias.

Die 22 julii, festo S. M^ae Magdalenae, FF Carolus (hactenus Joannes) Lyon, Henr. Huberti et Laur. Brandt sacram professionem fecerunt.

Die 24 Julii, D. Carolus Pisetzki, professus D^s Waldicensis, hic a 6 annis hospes, Vicarius et Instructor novitiorum, per chartam Capituli gen^lis jussus, reversus est ad Cartusiam Waldicensem professionis suae. Fuit vir hic theologus insignis, aliisque pluribus scientiis ornatus, pictor non vulgaris, aliarumque artium multarum gnarus, Deauravit Altare in sacello OO. SS. pinxit 4 antipendaria ad altaria SS. AA, M.M., Conf. et Virg. Proviatico accepit flor. 300 et victualia nonnulla.

Dominicā proxime sequente, a V. P. Priore D. Mich. Wiatrowski, pr. hujus domus, institutus est Vicarius et Magister novitiorum.

Die 1 aug. incellatus est, et die 7 sept. investitus pro novitio Laur. Kadau, Brunsbergensis, natus 5 aug. 1699, Philosophiae studiosus.

Status Domûs ad finem anni 1720. –

1. – D. Guilel. Loesberg, Prior.
2. – D. Mich. Wiatrowski, Vic.
3. – D. Martinus Haasen, sen. pr.
4. – D. Mich. Seither, inclusus.
5. – D. Petrus Eimerscheidt, Antiq.
6. – D. Hermannus Hölling, inclusus

ereg

li
ur in
mens.
bidy

berti

Vic
sicy
ntiis

ing.

tutes

ber-

1721

7. – D. Ioan. Marx, Procurator.
8. – D. Augustinus Klicznik, Presb.
9. – D. Iosephus Buschman, Infirmarius
10. – D. Anthel. Lyon Presb.
11. – D. Georg. Schwengel Sacrista } Presb.
12. – D. Albertus le Vasseur Subsacrista }
13. – D. Ioan. Weyer, subdiac.
14. – D. Carolus Lyon } pr. P.
15. – D. Henr. Huberti }
16. – D. Laur. Brandt }
17. – † Laur. Kadau, novitius.
Absentes: 18. – D. Ioan. Foecher, Prior Ds Berezoe.

1721. –

Dominica 1a Quadragesimae venit Cartusiam Illmus D. Stanislaus Hosius Episcopus Livoniae, inde postridie processit olivam, ubi sabbato proxime sequente, in sacello B. Mae Vis contulit † Ioanni Weyer Diaconatum et †† Carolo Lyon, Henr. Huberti et Laur. Brandt primam tonsuram et 4 minores ordines.

Die 8 sept † Bruno (hactenus Laur.) Kadau fecit sac. professionem et per testamentum inscripsit huic cartusioe 1000 circiter flor. et variam suppellectilem ex argento, cupro ꝯ de quibus A.V.D. Prior fieri curavit duo candelabra argentea pro 800 flor. et duos calices.

Die 24 nov. venit ad hanc domum D. Adolphus Strunck Coloniensis, professus (6 oct. 1698) et hactenus coadjutor Ds Berezoe, missus cum obedientialibus ab A.V.P. Visitatore ad hospitandum ibidem ad Ordinis voluntatem.

Die 4 dec. acceptis obedientialibus ab A.V.P. Visitatore, hinc abiit Berezam D. Augustinus Klicznick, professus domus nostroe, ad hospitandum ibidem ad Ordis voluntatem, quo pervenit 22 dec.

Status Domûs ad finem anni 1721. –

1. – D. Guilel. Loesberg, Prior,
2. – D. Mich. Wiatrowski, Vic.
3. – D. Martinus Haasen, sen. pr.
4. – D. Mich. Seither, inclusus
5. – D. Petrus Eimerscheidt, Antiq.
6. – D. Hermannus Hölling, inclusus
7. – D. Adolphus Strunck, hospes.
8. D. Ioan. Marx, procurator
9. D. Iosephus Buschman, Infirmarius
10. D. Anthel. Lyon, Presb.
11. – D. Georg. Schwengel, Sacrista
12. – D. Albertus le Vasseur, Subsacrista
13. – D. Ioan. Weyer, Diac.
14. – D. Carolus Lyon pr. P.

nezoe

livonia

lit

am

script

V.D.

1698)

hitan-

guoti-

Absentes.

18. – D. Joan. Foecher, Prior D. –
19. – D. Augustinus Klicznik, hosp. in D.o } Berezae

1722. –

, post peractam Visitationem Domorum Gidlensis
tram Ven.di Patres Visitatores Prov.ae Alemaniae sup.
Gemmicensis et D. Casparus Ubigs Prior D.s Seitzensis
atus est Actus visitationis, continuatusque usque
lectum et visitatio conclusa fuit; in qua ordina-
non fuit visitata) factae et monita data sunt.
uis functionibus. V. chart. Visit.is et ordinationes.
dum Ven.di Visitatores hinc recesserunt et comitante
ibidem pernoctarunt: postridie Gedanum proficiscentes,
r necessaria coemi procurantes, tandem die 11 aug.
processerunt.
tis oneratae, dare debuimus in vim mutui 6000
s annos vix tertiam partem recepimus.
isitatoribus, solvit D.s nostra 400 Imperial. in specie
ni an et retrorsum factis 200 flor. servi eorumdem

Pl. Visitatorum; hinc Gedanum abiverunt DD. Josephus
nostrae; et inde die 11 aug. in comitatu praefatorum
is usque Waldicum profecti sunt: ubi D. Anthelmus
. D. autem Josephus Buschman ad cartusiam Brunen-
st. Acceperunt hi duo proviatico 400 flor. Pruth.

, post peractam Visitationem Domorum Gidlensis
tram Ven.di Patres Visitatores Provae Alemaniae sup.
Gemnicensis et D. Casparus Ubigs Prior D.s Seitzensis
atus est Actus visitationis, continuatusque usque
lectum et visitatio conclusa fuit; in qua ordina-
non fuit visitata) factae et monita data sunt.
uis functionibus. V. chart. Visit.is et ordinationes.
dum Ven.di Visitatores hinc recesserunt et comitante
ibidem pernoctarunt: postridie Gedanum proficiscentes,
ter necessaria coemi procurantes, tandem die 11 aug.
processerunt.
tis oneratae, dare debuimus in vim mutui 6000
os annos vix tertiam partem recepimus.
isitatoribus, solvit D.s nostra 400 Imperial. in specie
ni an et retrorsum factis 200 flor. servi eorumdem

PP. Visitatorum; hinc Gedanum abiverunt DD. Josephus
nostrae; et inde die 11 aug. in comitatu praefatorum
is usque Waldicum profecti sunt: ubi D. Anthelmus
. D. autem Josephus Buschman ad cartusiam Brunen-
st. Acceperunt hi duo proviatico 400 flor. Pruth.
tedicto, Waldico cum obedientialibus a alte nomi-
am pervenerunt D. Bened. Ruprecht Habelschwertensis
ldicensis, t Hieron. Neuman (Bohemus ex Villa

Grulich, olim tibicen caesareus) conversus pr. D. Waldicensis et F. Ioan. Gerdt (Bohemus ex villa Graffenorth comitis de Herberstein, natus 14 dec. 1697) Donatus novitius a medio anno D. Waldicensis, professione sartor.

Status Domûs ad finem anni 1722.–

1.– D. Guill. Loesberg, Prior,
2.– D. Mich. Wiatrowski, vic.
3.– D. Martinus Haasen, sen. pr.
4.– D. Mich. Seither, inclusus
5.– D. Petrus Eimerscheidt, Antiq.
6.– D. Hermannus Hölling, inclusus
7.– D. Adolphus Strunck, hosp.
8.– D. Ioan. Marx, Procurator.
9.– D. Bened. Ruprecht, hosp.
10.– D. Georg. Schwengel, Sacr.ta
11.– D. Albert. le Vasseur subsacr.o
12.– D. Ioan. Weyer, Diac.
13.– D. Carolus Lyon
14.– D. Hens. Huberti
15.– D. Laur. Brandt
16.– D. Bruno Kadau } pr. D.
17.– F. Hieron. Neuman conv. hosp.
18.– F. Ioan. Gerdt, Don. novitius.

Absentes:

19.– D. Ioan. Foecher Prior D.
20.– D. Augustinus Kliczník hosp. } Berezoe
21.– D. Iosephus Buschman, hosp. Brunae
22.– D. Anthel. Lyon, hosp. Waldici.

1723.–

Sabbato ante Pentecosten investitus est F. Ioan. Gerdt laicus pro Donato D.s hujus.

Not: Idem per medium annum in cast.a Waldicensi probationem subiverat, huc vero a V.do P. Visitatore die 20 oct. 1722 transmissus, ex indulto ejusdem reliquum probationis tempus continuavit ac ideo tam cito habitu Ordinis donatus fuit.

Die 3 junii per transitum venit ad nos D. Ioan. Foecher, prof.us D.s nostrae, Prior D. Berezoe, et post 3 dies iterum Gedanum reversus est.

Dominica praecedente festum S. Ioannis B.toe, 20 junii ab Ill.mo R.mo DD. Christophoro Szembek, Episcopo Vladislaviensi et Pomer. L. O. Gedani in Ecclesia PP. Carmelitarum ordinati sunt D. Ioan. Weyer in Presbyterum; FF. Carolus Lyon, Hens. Huberti et Laur. Brandt in subdiaconos et F. Bruno Kadau accepit primam tonsuram et 4 minores Ordines.

Ipso vero die festo S. Ioannis B.toe ab eodem Ill.mo Episcopo Gedani in Capella Regia

1723.–

iidem ff Carolus, Henr. et Laur. ordinati sunt diaconi, f vero Bruno Kadau subdiac.

Die 2 julii D. Joan. Weyer celebravit primitias.–

Status Domus ad finem anni 1723.–

1.– D. Guilel. Loesberg, Prior.
2.– D. Michael Wiatrowski, Vic.
3.– D. Martinus Haasen, sen. pr.
4.– D. Mich. Seither, inclusus.
5.– D. Petrus Eimerscheid, Antiq.
6.– D. Herm. Hölling, inclusus
7.– D. Adolphus Strunck, hosp.
8.– D. Joan. Marx, Procurator
9.– D. Bened. Ruprecht, hosp.
10.– D. Georg. Schwengel, Sacrta
11.– D. Albertus le Vasseur, Infirmarius
12.– D. Joan. Weyer subsacrta.
13.– D. Carolus Lyon } diaconi
14.– D. Henr. Huberti } diaconi
15.– D. Laur. Brandt } diaconi
16.– D. Bruno Kadau subdiac.
17.– f Hieron. Neuman, conv. hosp.
18.– f Joan. Gerdt, don. P.

Absentes:

19.– D. Joan. Foecher, Prior } Berezae
20.– D. Augustinus Klicznik, hosp. } Berezae
21.– D. Joseph. Buschman, hosp. Brunae
22.– D. Anthel. Lyon, hosp. Waldici.

1724.–

Sabbato post Pentecosten, die 10 junii Gedani in Ecclesia PP. Carmelitarum ab Illmo DD. Christophoro Szembek Episcopo Vladisl. L. O. ordinati sunt D. Carolus Lyon, Henricus Huberti Laur. Brandt in Presbyteros et D. Bruno Kadau in Diaconum.

Die eodem 10 junii post meridiem obiit senio confectus D. Martinus Haasen, professus Dni nostrae aetatis 81, profis 57 Ao. Fuit vir hic Gedanensis patriâ, ibidem ex Lutheranis parentibus ortus ac olim ministerii (ut Lutherani aiunt) candidatus, sed disponente Deo, per Patres Soc. Jesu ad fidem catholicam Ao 1666 conversus atque mox sac. Ordinem Cartusiensem ingressus tandemque eundem in domo nostrâ die 20 aug. 1667 professus est. Ao 1670 die 18 sept. hinc missus fuit Berezam ad hospitandum ibidem: inde Ao 1672 per ch. capituli gen. translatus ad domum Gidlensem, ubi aliquandiu egit Procuratorem domus. Demum acceptis obedientialibus Ao 1677 die 30 maii rediit ad domum Dantisci professionis suae, Postremis annis vitae suae primus in choro aderat et quotidie

celebrabat missam. Lectioni librorum vitae tempore multum deditus fuit.

Die 11 junii festo SS.mae Trinitatis a supradicto Ill.mo Episcopo L. O. Olivae in Ecclesia D. Bruno Kadau ordinatus est ad Presbyteratum.

Die 14 junii investitus est pro novitio Joannes D. Elgleize, Stabulensis, nepos D. Joannis Marx Procuratoris, natus 5 sept. 1700. studiosus Philosophiae.

Die 24 Jun. D. Carolus Lyon celebravit primitias, die 29 jun. D. Henr. Huberti, et die 2 julii D. Laur. Brandt idem fecerunt.

Die 13 julii horâ 8 post completorium, obiit D. Petrus Eimerscheid, pr. et antiquior D.s nostrae, ex oppido S. Viti Ducatus Luxenburgensis oriundus, professus in hac domo 12 dec. 1688, aetatis anno 61 olim sacrista et vicarius hujus domus.

Die 22 julii D. Bruno Kadau celebravit primitias.

Die 10 sept. festo S. nominis M.ae, D. Georg. Schwengel hactenus sacrista, institutus est in coadjutorem, et D. Bruno Kadau in sacristam hujus domus.

Die 29 sept. † Joan. Gerdt. Donatus promissionem fecit in praesentia S.D. Michaelis Janowski Advocati nostri.

Die 14 oct. cum obedientialibus a V.do P. Visitatore huc venit ad hospitandum D. Josephus Christian, Bohemus Pragensis, prof.us D.s Brunensis, et cum eo duo candidati, Greg. Kuchinka, Brunensis patriâ, natus 12 martii 1704. studiosus Philosophiae, pro monacho; et Daniel Wachet Bohemus Satzensis, aetatis 24 annorum, professione Pistor, pro laico.

Die 24 oct. V.D. Guilielmus Prior sub prandio apoplexia tactus et loquela destitutus fuit, et ab eo tempore usque ad extremum vitae suae inter multas miserias dies suos transegit. Vectus fuit die 29 oct. Gedanum ad medicos et sub horum curatela ibidem per 8 hebdomadas jacuit, sed nullam meliorationem assecutus, in vigilia Nativitatis X.ti tandem domum reversus est.

Die 28 oct. obiit in praedio Somonino G. D. Michael Janowski Arendator ejusdem et ab annis 36 Advocatus noster. Die vero 4 nov. idem in ambitu Monasterii nostri ante fores Ecclesiae, ubi familia ingreditur solemniter sepultus est. Pro die sepulturae vi testamenti, per Executores Cartusiam invitati fuere omnes vicini Parochi, et ex monasteriis Gedanensibus, olivensi, Weicheropolitano bini sacerdotes

praeter multam nobilitatem; qui post exequias peractas, in refectorio nostro una cum Conventu honeste tractati sunt. Praeterea in praedio ante monasterium mendicis, quorum magna copia confluxerat, vi ejusdem testamenti, mensa strata fuit. Pro quibus expensis data est phiala argentea magna insertis Regum numismatibus, taxata 800 flor., insuper singuli Conventuales acceperunt 6 tinfones. Praeterea pie defunctus in testamento nobis adscripsit et dedit 1000 florenos, cum obligatione: ut pro his pecuniis a fratribus nostris missae defunctorum 1676 computando pro unaquaque missa tinfonem. Sed cum haec conditio infra multos annos a nobis expleri non posset, data est medietas summae istius nempe 500 flor. cum praedicta obligatione aliis sacerdotibus et Religiosis. Alia vero 2000 flor. nobis gratuito donavit de pretio bonorum Stokowo, quae nobis hauddum adhuc solvit, ante mortem in 9000 flor. ad 30 annos obligavit. Quocirca inter singulares Benefactores hujus domus numerandus venit. Vivit hic stante vita, in magna aestimatione fuit apud magnates propter eximiam Jurisprudentiam, qua etiam in multis profuit huic domui. Habuit alias participationem Ordinis, et ejus consors prima (fuit nam ter uxoratus) pariter in Ecclesia nostra, in sacello OO. SS. sepulta est. –

Status Domûs ad finem anni 1724

1. – D. Guilel. Loesberg, Prior,
2. – D. Mich. Wiatrowski, Vic.
3. – D. Mich. Seither, inclusus
4. – D. Hermanus Hölling, inclusus
5. – D. Adolphus Stanck, hosp.
6. – D. Joan. Moser, procurator
7. – D. Bened. Ruprecht, hosp.
8. – D. Georgius Schwengel coadj.
9. – D. Albertus le Vasseur, infirmarius
10. – D. Joseph. Christian, hosp.
11. – D. Joan. Weyer, subsacrista
12. – D. Carolus Lyon } h. d. Rest.
13. – D. Hens. Huberti } h. d. Rest.
14. – D. Laur. Brandt, Rest.
15. – D. Bruno Kadau Sacrista.
16. – † Joan. Joachim D. Ilgleize } novitii
17. – † Greg. Ruchinska } novitii
18. – † Hieron. Neumann, conv. hosp.
19. – † Joan. Gerdt, don.
20. – Daniel Wachet don; novitius

Absentes

21. – D. Joan. Toecher Prior – } Berezae
22. – D. Augustinus Klizinski, hosp. } Berezae
23. – D. Joseph Buschman, hosp. Brunae
24. – D. Anthon. Lyon, hosp. Waldini

wenta
opia
la
ven-
t
1676
nobis
ctione
ono-
,
ità,
m
ima

1725.–

Die 5 Jan. – investitus est F. Gregor. Kuchinka, novitius.

Die 23 julii ad noctem obiit D. Michael Wiatrowski, pr. et vicarius, ac olim bis Sacristā D.ⁿ nostræ. Fuit vir hic ex suburbio Gedanensi schottandā oriundus, prof.ᵘˢ A.º 1695, feriā 11.º Pentec. (quæ fuit 23 maii) olim hospes in domibus Gidlensi et Olomucensi, ætatis a.º plus minus 51, habuitque fratrem germanum D. Jacobum Wiatrowski in domo Berezana professum.

Post cujus mortem officium vicarii aliquandiu vacavit, supplevit autem id munus D. Bened. Ruprecht, hospes sub titulo Antiquioris cum potestate Vicarii. Qui tandem obtento consensu V.ᵈⁱ P. Visitatoris, mense novembri institutus est vicarius et instructor novitiorum.

Die 20 aug. sacram professionem fecit F. Bern. (hactenus Joan.) D. Elgleize, Stabulensis. Eodem mense Aug. dealbatus est uterque ambitus, Refectorium et Cameræ hospitum.

Die 23 nov. investitus est F. Daniel Wachet, Donatus.

Status Domūs ad finem anni 1725.–

1.– D. Guilel. Loesberg, Prior.
2.– D. Bened. Ruprecht, Vic. hosp.
3.– D. Mich. Seither } inclusi
4.– D. Herm. Hölling }
5.– D. Adolphus Strunck, hosp.
6.– D. Joan. Marx, Procurator
7.– D. Georg. Schwengel coadj.
8.– D. Alb. Le Vasseur, Infirmarius
9.– D. Joseph, Christian, hosp.
10.– D. Joan. Weyer, subsacr.ᵗᵃ
11.– D. Carolus Lyon } p. S.
12.– D. Hens. Huberti }
13.– D. Laur. Brandt, p. S.
14.– D. Bruno Kadau, Sacrista
15.– D. Bern. D. Elgleize, pr. S.
16.– F. Greg. Kuchinka, novitius
17.– F. Hieron. Neuman, conv. hosp.
18.– F. Joan. Gerdt – } Donati
19.– F. Daniel Wachet }

Absentes prof.ⁱ

20.– D. Joan. Foecher Prior } Berezæ
21.– D. Augustinus Kliczniki, hosp. }
22.– D. Joseph Buschman, hosp. Brunæ
23.– D. Anthel. Lyon, hosp. Waldici

1726.–

Die 6 Jan. F. Andreas (hactenus Gregorius) Kuchinka, fecit sacram professionem.

273</antec.</antec.</antec.

Eodem die 6 Jan. obiit perillustris R.mus D. Joan. Casimirus Sugowski, S.T.D. Archidiaconus Pomeraniae Canonicus Vladislaviensis, Praepositus Mevensis, I.R.M. Secretarius, Benefactor Domus nostrae. Fuit vir hic ex villâ Kartuz prope monasterium, parente sutore, ortus et in juventute impensis nostris ad studia promotus: in quibus, cum multum profecisset, evasit tandem in tam altum virum. A.o 1722, ultimo Cartusiam nostram pertransiens, donavit ibidem Ecclesiae pro commoditate Praelatorum advenientium, missale Romanum in serico villoso rubro compactum cum clausuris et phrasibus argenteis, et ampulas cum pelvi argenteas, pallam, albam, humerale, cingulum, velum calicis, bursam cum corporali, et habitque participationem Ordinis, obiit Mevae ad Ecclesiam suam.

Die 25 jan. acceptis obedientialibus a V.o P. Visitatore, venit ad domum hanc D. Stanislaus Habermann, prof.us D.i Berezae, patria Olomucensis. In cujus locum

Die 27 Jan. jussu ejusdem V.ri P. Visitatoris, in eodem vehiculo hinc abiit Berezam ad hospitandum ibidem D. Henricus Huberti prof.us D.i nostrae.

Die 26 mai Ff. Bern. d'Elgleize et Andr. Kuchinka, Gedani in Ecclesia PP. Carmelitarum, ab Ill.mo R.mo DD. Christophoro Szembek Episcopo Vladislaviensi, L. O. acceperunt primam tonsuram et 4 minores ordines.

Die 7 aug. ex cartusia Waldiensi domum redit D. Athel. Lyon, prof.us D.i nostrae.

Die 8 sept. (anniversario sacae professionis meae) obiit in Cartusiâ Brunensi hospes D. Josephus Buschman, prof.us D.i nostrae, qui in suo libello precum hoc annotata reliquit: = Natus sum Coloniae A.o 1694 die 19 Januarii, nomen Baptismi Joannes. Coloniâ discessi 23 Julii 1715. Dantiscum adveni 9 augusti, cellam fui ingressus 17 aug.; sacrum habitum accepi 7 sept. Professionem feci in Cartusiâ Paradisi B.M.ae V.is 1716. die 8 sept., et 4 minores ordines accepi 21 dec. Factus Infirmarius 1717 dominicâ Septuagesimae et 4 mart. accepi subdiaconatum, 7 mart. Diaconatum, 19 mart. egi officium Diaconi. A.o 1718 die 23 Jan. sacerdotium accepi et 19 mart. celebravi primitias. = Pro quibus primitiis eidem D. Josepho Coloniâ ab Avicâ mea donatus fuit calix ex argento deauratus cum inscriptione nominis mei et Avae. In hac domo ad Brunensem translatus die 10 aug. 1722.

Die 23 nov. Ff. Daniel Wachet, Donatus professionem fecit coram M. D. Joanne Silborski Notario Castrensi Pal. Pom. Sed postea 1730 die 28 dec. abjecto ordinis habitu clam noctu aufugit, nec unquam posthac inventus est.

Status Domûs ad finem anni 1726.–

1.– D. Guilel. Loesberg, Prior,
2.– D. Bened. Ruprecht, vic. hosp.
3.– D. Ulrich. Seither } inclusi
4.– D. Herm. Killing }
5.– D. Adolphus Stunck, hosp.
6.– D. Joan. Marx, Procurator.
7.– D. Anthel. Lyon, pr. D
8.– D. Georg. Schwengel, coadj.
9.– D. Albertus le Vasseur, infirm.
10.– D. Joseph Christian, hosp.
11.– D. Joan. Weyer, subsacr.
12.– D. Carolus Lyon, pr. D
13.– D. Lauren. Brandt, pr. D.
14.– D. Bruno Kadau, Sacrista
15.– D. Stanislaus Haberman, hosp.
16.– D. Bern. Dillgleize } pr. D
17.– D. Andr. Kuchinka }
18.– F. Hieron. Neuman, conv. hosp.
19.– F. Joan. Geadt – } Donati
20.– F. Daniel Wachel }

Absentes pr.

21.– D. Joan. Boecker, Prior } D. Berezoe
22.– D. Augustus Kliegnik } hosp.
23.– D. Hesinius Huberti – }

1727.–

Mense maio, D. Adolphus Stunck, hospes in hac domo nostra a 24 nov. 1721 acceptus a Vdo P. Visitatore obedientialibus, in scaphis Berezanis per aquas reversus est ad domum professionis suae, quam attigit 23 Junii.

Sabbato post Pentecosten, FF Bern. et Andr. ab Illmo Rmo DD. Christophoro Szembek Episcopo Vladislaviensi L. b. Gedani in Ecclesia PP. Carmelitarum ordinati sunt in subdiaconos.

Die 19 Junii hora 11 noctis, dum ad Matutinum campana pulsaretur, venit ad certusianos nostros Illmus D. Episcopus proxime dictus, permansitque apud nos cum familiaribus numeroso et 40 equis usque ad diem 23 Junii. Die Dominica (22 junii) hora 8 ad Altare majus in Ecclesia nostra sub missa privata idem contulit FF Bernardo et Andreae Diaconatum. Hora vero 11 ante meridiem idem progressus est ad Ecclesiam inferiorem S. Catharinae, ibidemque plus quam 200 hominibus, plerumque subditis nostris, impertivit sacram confirmationem. Deinde prandium sumpsit in praedio, coenam vero in communi Refectorio cum Conventu. Die 23 Jun. ante prandium hinc abscessit.

+ Die 22 julii circa completorium D. Guilel. Loesberg Prior D. nostrae demum apoplexia

tactus fuit et per hanc penitus mutus redditus, aliisque corporalibus miseriis subjectus: cui idcirco circa horam 7 extrema Unctio praesente toto Conventu, data est. Vixit quidem posthac usque ad diem 15 Apr. anni sequentis sed inter maximas corporis afflictiones.

Die 13 Aug. horâ 12 meridie fulgur cum horrendo fragore cecidit in cellam litt. E et dejecta imprimis super tectum summitate camini, in cubiculum factis per tabulatum tribus foraminibus penetravit, ibidemque aliquot listas imaginum et caveam aviculae denigravit, in atrio autem cancellos fenestrae per medium scidit, coeterum nulla damna intulit. Incola cellae ejusdem hac ipsa hora ex providentia divina fuit in labore apud alium confratrem cum licentiâ superioris.

Die 21 oct. D. Augustinus Klicznik prof.us d.s nostrae per obedientiam ex domo Berezanâ ad domum Gidlensem translatus est.

Status Domûs ad finem anni 1727.–

1.– D. Guiliel. Loesberg, Prior,
2.– D. Bened. Ruprecht, Vic. hosp.
3.– D. Mich. Seither } inclusi
4.– D. Herm. Hölling. }
5.– D. Joan. Marx, Procurator,
6.– D. Anthel. Lyon, pr. d.
7.– D. Georg. Schwengel, coadj.
8.– D. Alb. le Vasseur, pr. d.
9.– D. Joseph. Christian, hosp.
10.– D. Joan. Weyer } pr. d.
11.– D. Carolus Lyon }
12.– D. Laur. Brandt, Infirmarius,
13.– D. Bruno Kadau, Sacrista
14.– D. Stanisl. Haberman, hosp.
15.– D. Bern. D'Elgleize, Diac.
16.– D. Andr. Kuchinitka, Diac.
17.– F. Hieron. Neuman, conv. hosp.
18.– F. Joan. Gerdt } Donati
19.– F. Daniel Wachet }

Absentes professi:

20.– D. Joan. Foecher, Prior d. Berezae
21.– D. Aug. Klicznik, hosp. Gidlis
22.– D. Henr. Huberti, hosp. Berezae

1728.–

Post octavas Epiphaniae Dñi, obiit Martinus Schonnagel, Portarius noster et in coemeterio nostro sepultus est: qui ultra 60 an. monasterio servivit, et moriens 100 flor. Ven. Conventui legavit.

Mense Februario erectum est Altare marmoreum in sacello S. P. N. Brunonis, pro quo lapidicae soluti sunt 1000 flor.; pictori 33 flor.

Die 12 Mart. Obiit D. Joannes Foecher, Prior D. Bezze, professus (12 dec. 1688) et quondam Sacrista, coadjutor ac Vicarius Domus nostrae, aetatis an° 63. Vir solers et industrius.

✠ Die 15 Apr. illum vestigis ad aeternitatem secutus est D. Guilielmus Loesberg, prof.us et Prior D. nostrae; et sic utaque domus iterum simul Pastore suo privata fuit. Mirabilia Dei dispositio: Duo hi viri simul Rectores, simul Priores instituti, et nunc simul ad aeternitatem vocati sunt.

D. Guilelmus Loesberg oriundus fuit Trajecto ad Mosam (Maastrich) et a° 1698 cum socio D. Joanne Marx Habulensi, ad praesens Procurator D. nostrae, per mare iter faciens, cum litteris commendatoriis ex Cartusia Coloniensi (ubi hactenus scholas ambo frequentaverant) die 19 nov. ad hanc Domum appulit. A° 1699 die 2 Jan. hi duo candidati investiti fuere. A° 1700 die 6 jan. sacram professionem fecerunt, et eodem anno, die 20 aug. Olivae a R.mo D. Mich. Anton. Hacki Abbate primam tonsuram et 4 minores Ordines acceperunt. A° 1701 sabbato post Pentec. Vladislaviae in Cathedrali Ecclesia ab Ill.mo D. suffraganeo ordinati sunt subdiaconi; et A° eodem 18 oct. ab Ill.mo R.mo DD. Stanislao Szembek, Episcopo Vladisloviensi et Pomer. L. O. in Ecclesia nostra ad Altare majus Diaconi; A° autem 1702 sabbato 4 Temporum in septembri Vladislaviae in Cathedrali Ecclesia ab Ill.mo D. suffraganeo Presbyteri. Die 21 oct. D. Guilielmus, et die 1 nov. D. Joannes Marx celebraverunt primitias.

Porro die 18 oct. 1703 D. Guil. Loesberg institutus est Coadjutor, eo ipso tempore, dum saevissimum in his terris bellum Suecicum ortum fuisset. Expertus est vir bonus mox sub principio, quibus laboribus et periculis officiales externi expositi sunt. A° 1707, die 4 Aprilis eidem Dantisco (quo obsparsam rumorem de Cosaccorum et Calmucorum adventu, cum argenteria Ecclesiae, Archivo domestico et arca communi missus fuerat) revertenti cum 3 curribus et decem equis, sale, halecibus, salsis, cremato aliisque victualibus onustis, ante villam Zukowo circa officinam lateritiam obviam facta fuit cohors 400 aut 500 Cosaccorum et Calmucorum, qui nocte proxima et apsa Cartusiam nostram invaserant et depraedaverant. Visis his, D. Guilelmus nitebatur ex via publica cum curribus declinare, sed mox ab illis barbarico furore invasus, laceris impetitus et exprobratus,

quod victualia haec hostibus Suecis, non monasterio adveheret, tandemque non solum curribus, equis, pecuniis et mercibus omnibus, verum etiam ipsemet vestimento superiore, nempe palendra, mitra et ocreis spoliatus fuit. Et inde absque calceis reliquum iter usque ad villam Sitno pedibus egit, ubi accepto vehiculo, tandem domum reversus est. Ad finem mensis maii 1707 Procurator institutus fuit. Aº 1712 die 4 dec. in Rectorem et 1714 per chartam Capituli gen. in Priorem Ds hujus evasit. Reliqua ejus gesta recensui superius. Obiit anno aetatis 53, vir mitissimus.

Sepulto (die 18 Aprilis) D. Guilelmo, postridie Conventus in communi congregatus, ex praescripto Statutorum, per viam electionis se procedere velle declaravit, et ab eodem mox per litteras Venerandi Patres Visitatores rogati sunt ad praesidendum electioni novi Pastoris.

Vacabant illo tempore in Provª Alemaniae Superioris simul Prioratus 4, nempe Olomucensis, Waldicensis, Dantiscanus et Berezanus. Et Ven.di PP. Visitatores mox ad initium veris, antequam eis innotesceret obitus D. Guilielmi Prioris Ds nostrae, itineri se commiserant tam ad visitandas domos Provae, quam ad praesidendum electioni in vacantibus, litteraeque nostrae ad ipsorum manus pervenerunt Olomucii: dum peracta ibidem visitatione et electione, Waldicum progredi pararent, Vdus P. Visitator primarius, D. Josephus Kristeli Prior Ds Gemnicensis ibidem Olomucii infirmatus, et senio (numerabat enim 70 aetatis annos) confectus, Gemnicum repetiit, et reliquum iter, onus et opus visitandi domos et praesidendi electionibus commisit Vdo P. Convisitatori D. Casparo Ubigs Priori Seitzensi, adjuncto ei socio D. Anthelmo Fournier Neoelecto Priore Olomucensi. Hi duo igitur Olomucio iter arripientes, primum Waldicum se contulerunt, inde vero peracta visitatione et electione per Silesiam et Poloniam iter continuantes, 3 junii ad hanc Cartusiam nostram pervenerunt.

Die 4 Junii horâ 9ª ante meridiem, consueto ritu inchoatus est actus visitationis. Post meridiem scrutinium inceptum et per indefessum laborem Vdi P. Convisitatoris infra dies 6 ad finem debitum perductum fuit.

Die 10 junii horâ 8ª, post missam de Spiritu Sº (quam D. Prior Olomucensis cantavit) mox praenominati Scrutatores et omnes in hac domo vocem habentes Capitulum ingressi sunt auspicataque est electio: et mox in primo scrutinio inventus fuit canonice electus in Priorem hujus domûs D. Joannes Marx professus et Procurator ejusdem.

Terminus ad opponendum contra personam Electi et formam Electionis concessus fuit ad diem 14 jun

Die 14 Jun. ante meridiem Neo-electus a Praesidibus electionis confirmatus, ac in sedem Prioris consuetis solemnitatibus introductus, homagium vero obedientiae illi in capitulo juxta Statuta a conventu praestitum fuit.

Die 15 Jun. mane post missas persolutas, in Capitulo lectum fuit scrutinium et conclusus est actus visitationis: sub quo D. Georgius Schwengel hactenus coadjutor institutus fuit in Procuratorem Ds hujus, coeteri officiales manserunt in suis officiis. Ordinationes hac vice paucae factae sunt. Vide chart. Visitatis et Ordinationes.

Die 17 Junii DD. visitatores, comitante eos Neo-electo D. Priore, hinc per olivam Gedanum abiverunt, et 20 jun. Gedano Berezam iter prosecuti sunt.

Eodem die Conventuales per litteras confirmationem Neo-electi a Rmo P. Generali petierunt. Idem D. Neo-Prior invenit res externas in bono statu, villas et praedia bene constituta, in arca communi paratae pecuniae 73000 flor. et insuper ad provisionem elocatos 20000 flor. atque pax alma florebat in his terris.

Die 28 junii per ch. Capituli gen. D. Augustinus Kliczník ex Cartusia Gidlensi (ibidem et in Do Berezana ab aliquot annis hospes) domum rediit et ab inde vices Antiquioris egit.

Die 1 aug. FF. Bern. D'Elgleize et Andr. Kuchinka, Gedani in Ecclesia PP. Carmelitarum ab Illmo Rmo DD. Christophoro Ant. in Stupow Szembek Episc. Vladislav. L. O. ordinati sunt Presbyteri.

Die 20 aug. D. Bern. D'Elgleize celebravit primitias, et D. Andr. Kuchinka die 28 aug.

Die 1o oct. Advenerunt duo candidati Ordinis, cum litteris commendatitiis a D. Anthelmo Fournier Priore Ds Olomucensis, Carolus Haufner et Antonius Fournier nepos antedicti D. Prioris, ambo Moravi. Et die 16 nov. iidem investiti sunt; sed uterque in novitiatu ab Ordine defecit, et Carolus post hebdomadas sex, Antonius post menses 8, deposito habitu, saeculum repetiit.

Status Domus ad finem anni 1728. –

1. – D. Joannes Marx, ps. et Prior hujus Ds. Vir hic ex villa Sart, Abbatiae Stabulensis oriundus linguâ Gallus, natus 6 jan. 1671, ad hanc domum venit 19 nov. 1698 cum litteris commendatitiis ex Cartusiâ Coloniensi, ubi ipse a Gramatica usque ad Theologiam studuerat. Ao 1699 die 2 jan. pro novitio investitus: Ao 1700 die 6 jan. sac. professionem fecit. Ao eodem die 20 aug. primam tonsuram et 4 minores ordines accepit. Ao 1701 sabbato post

den
itulo

et
institu
Diriatio

m Geda

li petier
dit ut o
20000

ilidem,
ris egit
ltarum
i ati

ang.
lmo
icti D.
i atte
l ab ictu,

ms is
ms litter
studuerem
ecit.
to post

Pentec. subdiaconus et die 18 oct. diaconus, A° autem 1702 sabbato 4 temp. in septembri Presbyter factus: die 1 nov. primitias celebravit. Primum Infirmarium et subsacristam in hac domo paucis annis egit. A° deinde 1707 die 18 oct. institutus fuit Vicarius (omnium junior professus) A° 1713 ad initium mensis Martii coadjutor et circa medium mensis Iunii Procurator Domus. Die vero 10 Iun. in Priorem ejusdem a° praesenti 1728 electus est.

2. – D. Benedictus Ruprecht, ex Comit. Glatzensi, oppido Wahlschwert ortus, aetatis 51 an. prof. in D. Waldiensis, hic ab annis 6 hospes et ab a° 1725 vicarius Instructor novitiorum et Cantor.

3. – D. Mich. Seither, Alsata Friburgus, Philosophiae magister, aetatis 82 an., prof. in hac domo 15 aug. 1670 laesi cerebri, a multis annis inclusus.

4. – D. Herm. Hölling, ex Duc: montium, Wipperfordio oriundus, olim miles, natus 1 jan. 1671, prof. in hac d° 8 dec. 1694. Primitias celebravit 8 dec. 1697, olim hospes Gidlis et Waldici, ab annis 14 ob incorrigibilitatem inclusus.

5. – D. Augustinus Kliegnik, moravus ex villa Kwanowitz, aetatis 39 annorum, prof. hac in d° 9 sept. 1714, primitias celebravit festo compassionis B. Mae V. 1718, vices agens Antiquioris.

6. – D. Anthelmus Lyon, coloniensis, natus 19 Apr. 1693, prof. in hac d° 8 sept. 1716 celebravit primitias 21 mart. 1718.

7. – D. Georg. Schwengel, Varmia Alsaccensi natus 5 febr. 1697, prof. 8 dec. 1716 primitias celebravit 1 maii 1720, Procurator D.

8. – D. Albertus le Vasseur, coloniensis, natus 23 oct. 1694, prof. 21 oct. 1717, celebravit primitias festo Ascensionis Dni 1720.

9. – D. Joseph Christian, Pragensis, prof. in D. Bunensis, hic hospes ab annis 4.

10. – D. Joan. Weyer, clivus Xantensis, natus 19 Apr. 1698, prof. 24 jun. 1719 celebravit primitias 2 julii 1723, Cantor et Subsacrista.

11. – D. Carolus Lyon, coloniensis, natus 10 nov. 1699, prof. 22 Aug. 1720; primitias habuit 24 junii 1724

12. D. Laur. Brandt, Heilsbergâ Varmiensi, natus 9 aug. 1695, prof. 28 julii 1720, primitias celebravit 8 Julii 1724. Infirmarius.

13. – D. Stanislaus Haberman, Olomucensis, aetat. 34 annorum, prof. (8 sept. 1720) D. Bergae hic hospes a 3 an. Presbyter

ub ii
, in hac
n junior
nii

tis 51
or

n, prof.

n ates
s Gidlin

n, prof.
agens

ept. 1716

ec. 1716

7, cele.

4.
n. 1719

primitiv

8 julii

D. Bergo

14. – D. Bruno Kadau, Varmiā Brunbergensi, natus 5 aug. 1699, prof.us 8 sept. 1721, primitias celebravit 22 julii 1724. – Sacrista D.

15 – D. Bern. D'Elgleize, ex villa Lierneux Abbatiae Stabulensis, diaec. Leodiensis oetus, lingua Gallus nepos D. Joannis Marcy Prioris, natus 5 sept. 1700, prof. 20 aug. 1725, primitias celebravit 20 aug. 1728.

16. – D. Andreas Kuchinka, Brunensis, natus 12 mart. 1704, prof.us 6 Januarii 1726 celebravit primitias 28 aug. 1728.

17. – † Antonius Fournier, Moravus, novitius.

18. – † Hieron. Neuman, Bohemus ex villā Grulich, oetat. annorum 38, conv. pr. D. Waldici, hic hospes ab annis 6.

19. – † Joan. Gerdt, Bohemus ex villa Graven-orth Com. de Herberstein, natus 14 dec. 1697, Donatus D. promissione ligatus. Dispensator.

20. – † Daniel Wachet, Bohemus Satzensis, oetat. an. 32, Donatus D. promissione ligatus.

Absentes prof.i d.s 21. – D. Henr. Huberti, Coloniensis, natus 11 nov. 1696, prof.us in hac domo 22 julii 1720, primitias celebravit 29 Junii 1724. Hospes in d.o Berezoe.

1729. –

Die 16 martii, ob. D. Michael Seither, Alsata Friburgus, Philosophiae magister, senior prof.us hujus D.s, Virum hunc A.o 1669 cum socio Petro Mahr, D. Antonius Ziegler Prior D.s hujus, redux a capitulo gen. huc adduxit et 14 aug. investivit, A.o 1670 die 15 aug. idem sacram professionem fecit et 1676 die 1 jan. primitias celebravit, sed haud diu post (D. Laur. Fendrich, Prior in catalogo †† hujus D.s anni 1679 ipsum jam delirum nominat) ex immoderato studio matheseos in delirium incidit, et in hoc infelici statu ultra 50 an. usque ad extremum vitae permansit semper tamen quietus et laetus, tempus terens in delineandis cum carbone ad parietem sphaeris, aliisque figuris. Inclusus autem fuit in cella lit. S. prope colloquium.

Die 23 junii Jac. Streithagen Corneliomonasteriensis prope Aquisgranum, cum litteris recommendatitiis a Cartusia Coloniensi huc missus, oetatis 22 an., investitus est pro novitio.

Mense Julio Antonius Fournier, novitius, deposito habitu, recessit.

1721,

ensis

80

ii 1726

D.

14

ligatus

is

e.

senior

D.

aug.

Dia

ultra

ens

is

litteris

novitius

Die 15 aug. per obedientiam huc venit D. Bened. Anserowski, Polonus Cracoviensis prof.us D.s Gidlensis aetatis an. 34 a V. P. Visitatore missus pro hospite.

Die 8 sept. acceptis obedientialibus a V. P. Visitatore hinc ad domos professionis suae abivere D. Josephus Christian Pregensis, prof.us D.s Brunensis, hic hospes ab an. 5 et F. Hieron. Neuman, Bohemus ex villa Grulich, conversus prof.us D.s Waldicensis, in hac domo hospes ab an. 7. Qui F. Hieronimus apud nos manens eleganti charactere duo Psalteria, unum antiphonarium, seu Responsoriale, ad usum chori, residuum homiliarum pro lectionibus in Refectorio, 3 volumina cum copiis privilegiorum ad Archivum, et multa alia conscripsit.

Die 31 oct. investitatus est pro novitio Ignatius Steiner. Habelschwerto Glatzensis, natus 4 Apr. 1708. Studuit Theologiae morali Ollomucii.

Die 9 nov. circa horam 9 noctis, ex negligenti per famulos custodiâ ignis, stabula monasterii incensa et cum omni provisione foeni et diversâ suppellectile in cineres redacta fuerunt, sed mox eodem adhuc anno reaedificata sunt.

Die 21 nov. ad domum hanc reversus est D. Henr. Huberti, prof.us ejusdem, hospes Berezensis a 4 annis. Vice versa in eodem curru hinc (ubi per quadriennium hospitatus fuit) Berezam reversus est D. Stanislaus Haberman prof.us ejusdem D.s, uterque per obedientiam a V. P. Visit.re remissus.

Status Domûs ad finem anni 1729. —

1. — D. Joan. Marx, Prior,
2. — D. Bened. Ruprecht, Vice hosp.
3. — D. Herm. Hölling, inclusus
4. — D. Augustinus Klicznik, Vice-Antiq.
5. — D. Anthelmus Lyon, pr. D.
6. — D. Georg. Schwengel, Procurator.
7. — D. Albertus le Vasseur, pr. D.
8. — D. Joan. Weyer, cantor,
9. — D. Carolus Lyon } hs. D.
10. — D. Henr. Huberti } hs. D.
11. — D. Laur. Brandt, Infirmarius
12. — D. Bruno Kadan, Sacrista
13. — D. Bened. Anserowski, hosp.
14. — D. Bern. D. Ugleize } pr. D.
15. — D. Andr. Kuchinka } pr. D.
16. — F. Jac. Streithagen } novitii
17. — F. Ignatius Steiner } novitii
18. — F. Joan. Gerdt } Donati
19. — F. Daniel Wachet } Donati

Absentes nulli. —

- 1730. -

Die 14 Febr. ante Vesperas, post longam aegritudinem obiit ex hydrope D. Augustinus Klicznik prof. domus nostrae. Erant hac ipsa die minutiones generales, et pro veteri consuetudine domus Patres et Fratres omnes in trahis vecti fuerant ad Ecclesiam Gorenczinensem, hinc (cum ante meridiem nullum periculum vitae appareret) nemo illi in morte astitit. Fuit vero jam triduo ante omnibus Ecclesiasticis Sacramentis munitus. Fuit vir hic patria Moravus ex villa Ewanowicz ortus, prof. in hac domo 9 sept. 1714. Primitias celebravit festo Compassionis B. M. V. 1718, deinde per annos 6 in domo Berezensi et per annum unum in domo Gidlensi hospes, ad domum professionis suae reversus 28 junii 1728, obiit anno aetatis 38. -

Die Dominica 25 junii sacram professionem fecerunt F. Jac. Streithagen, Cornelio-monasteriensis pro statu monachorum, et F. Joan. Gerdt, Bohemus, hactenus donatus pro statu conversorum.

Die 25 Julii investitus est pro novitio Carolus Hoffman, Finckenstenio ex terris Prussiae Brandenburgicae ortus, natus 2 julii 1709, studiosus Brunsbergensis.

Mense eodem, prope horreum cartusiae erectum est ex muro postamentum, et statua lapidea S. P. N. Brunonis imposita. Privil: Grabov.

Die 17 sept. sub finem Matutini ex choro egrediens F. Jac. Streithagen, nuper professus, mox adhibitis scalis et funibus, utrumque monasterii murum transcendit et veloci passu Gedanum aufugit; sed eadem adhuc die investigatus ac comprehensus, imprimis ad Ven. Consistorium deductus fuit, ubi a R.mo D. Officiali de causis fugae examinatus, responsa eidem risu digna dedit, qui idcirco illum PP. Carmelitis custodiendum tradidit. Quinta abhinc die per Patrem Procuratorem idem domum reductus atque mox carceri mancipatus, resque tota R.mo P. Generali et VV. Patribus Visitatoribus praescripta.

Die 24 sept. D. Bened. Ruprecht, pr. D. Waldicensis, hic ab annis 8 hospes et ab annis 5 Vicarius Instructor novitiorum et Cantor, acceptis a V. P. Visitatore obedientialibus, ad domum professionis suae reversus est. In cujus locum

Dominica proximiore D. Joan. Weyer institutus est Vicarius et Instructor novitiorum et D. Anthelmus Lyon, Cantor.

Die 1 nov. F. Hugo (antea Ignatius) Steiner fecit sacram professionem, qui per testamentum adscripsit huic domui ultra 500 flor. quos et accepimus.

– 1730 –

Die 28 dec. Sabbato 4 temporum, idem † Hugo ab Ill.mo DD. Dominico Sieninski Episcopo Marionensi Officiale Gedanensi, in capella Regia Dantisci accepit sac. confirmationem, primam tonsuram et 4 minores ordines.

Die 28 dec. † Daniel Wachel, Donatus promissione ligatus et Dispensator, clam de nocte, abjecto habitu, in veste suâ (quae hactenus reservata fuit) saeculari aufugit, neque posthac (tametsi per multos annos requisitus) unquam inventus est.

Status Domûs ad finem anni 1730. –

1. – D. Joan. Marx, Prior
2. – D. Joan. Weyer, Vic.
3. – D. Herm. Hölling, inclusus
4. – D. Anthel. Lyon, Cantor
5. – D. Georg. Schwengel, Procur.
6. – D. Albertus le Vasseur } ps. S.
7. – D. Carolus Lyon } ps. S.
8. – D. Henr. Huberti } ps. S.
9. – D. Laur. Brandt, Infirmarius
10. – D. Bruno Kadau, Sacrista
11. – D. Bened. Anserowski, hosp.
12. – D. Bern. D'Elgleize } ps. S.
13. – D. Andr. Kuchinka } ps. S.
14. – † Jac. Streithagen, inclusus
15. – † Hugo Steiner p. S.
16. – † Carolus Hoffman novitius
17. – † Joan. Gerdt conv. ps. S. –

1731. –

Stante hyeme vecta sunt ligna pro trabibus et tignis, aliaque materialia congesta pro intenta fabrica turrium et novi tecti Ecclesiae Conventualis.

Sabbato post Pentecosten die 19 maii a meridie usque ad mediam noctem fuerunt horrenda tonitrua et fulgura, qui in vicinis locis multa incendia aliaque damna patrarunt. Circa horam 4 decidit fulgur in horreum praedii nostri Quadendorf, ipsumque et stabula omnia noviter ante 8 annos extructa cum 5 vitulis, 32 porcis majoribus et varia suppellectile per ignem absumpsit. Aedificia combusta, Deo adjuvante, ante hyemem ex majori parte restituta sunt.

Die 3 julii advenit huc, per chartam Capit. gen. missus, D. Leonardus Jacquenotte prof.us S. Berezae, Diaconus, aetatis a.o 25 ½. Fuit vir ex villa Arsbach prope Confluentiam oriundus, linguae gallicae gnarus, sed miser et aeger, phtisi laborans, nec alia

hujus translationis ratio fuit, nisi ut hic commodius per medicos Gedanenses a morbis relevaretur.

Die 7 Julii media pars, a coemeterio incipiendo, veteris tecti Ecclesiae conventualis usque ad fornicem deposita est; nam trabes, laquearia, aliaque ligna prae vetustate adeo jam putrida et corrosa erant, quod mirum fuit, quomodo tam ingens pondus plumbi, quo hactenus Ecclesia tecta fuit, sustinere potuerint. In regestris D.s nostrae invenio, tigna haec posita esse sub V. P. Lamberto Ninglo, paulo post recuperationem domus, Plumbo autem tecta fuit 1613 et 1614. D. Joan. Bilstein Prior in libris rationum ad an. 1673 haec annotata reliquit: (sequuntur sex lineae linguâ germanicâ scriptae)

D. Guilelmus Loesberg Prior A.o 1718 impendit 600 flor. in reparationem tecti hujus. Coetera praetereo, Credidisset alius hujuscemodi plumbeum tectum longius durare potuisse. Cum igitur expertum fuerit, plumbi laminas propter pondus suum in tam alto et praecipiti tecto non posse firmiter diu jacere; proinde D. Joan. Marx Prior consilio cum viris expertis habito, resolvit novam tecti structuram cupro cooperire, plumbum vero venundare.

Die itaque 16 julii nova tigna super Ecclesiam posita sunt, quae sicut et coetera omnia pondera Architectus, Magister Petrus Lethan, Elbingâ oriundus, et in caupona zu Allen Gottes Engelen prope Dantiscum habitans, satis ingeniose per parvam fenestram penes turrim majorem, multorum funium et vertebrarum adminiculo per equos sursum promoverat. Laboravit idem Architectus cum 9 fabris lignariis circa tectum saepedictum hoc anno a die 15 Aprilis usque ad 30 octobris, et nonnisi ipsius medietatem cum duabus turribus, licet quotidie pro celeriori progressu, 30, per intervalla etiam plures adjutores ex subditis nostris adhibiti fuerint, perfecit. Altera medietas tecti ac turris major per hiemem mansit in veteri statu.

Cuprarius autem, Franc. Meierhold, Croatus patriâ, civis Gedanensis, cathol. religionis,

cum duobus sodalibus cupro tegere coepit eandem Ecclesiam die 8 aug., continuavitque labore hunc anno praesenti usque ad diem 23 nov. et texit turrim minorem ac contignationem supremam et mediam. Turris altera sive media et contignatio inferior tecti medii per hyemem asseribus cooperta permansit. Sciendum, super vetus tectum unicam duntaxat turrim cum campana, qua ad Ecclesiam vocamur, fuisse.

Expensas anni istius circa fabricam praefatam vide infra ad an. 1733.

Die 26 julii F. Dionysius (olim Carolus) Hoffman fecit sacram professionem.

Die 15 sept. F. Mich. Bartnicki, Varmiâ ex villa Plossen ortus, natus 23 sept. 1710 pro novitio investitutus est.

Die 22 sept. Sabbato 4 temp. F. Hugo Steiner Gedani in Capella regia ab Ill.mo DD. Dominico Sieninski Episcopo Marionensi, officiali Gedanensi, ordinatus est subdiaconus, et F. Dionys. Hoffman accepit primam tonsuram et 4 minores Ordines.

Die 5 oct. Confraternitas inter cartusiam nostram et ven. conventum Gedanense Ordin. S. Brigittae, olim a.o 1460 inita, per litteras renovata et confirmata est, quamvis litterae nostrae nonnisi in decembri extraditae sint.

Die 7 nov. FF. Ioan. Franc. Rathman, Veteris Lomnicensis Com. Glatzens. natus 7 ja. 1712 et Christoph. Bittner Neo Batzdorffensis Com. Glatzens., natus 21 mart. 1702, investiti sunt pro novitiis, sed uterque post aliquod tempus, deposito habitu, iterum recessit.

Die 5 dec. obiit R.D. Ioan. Wegierski Parochus Gorenczinensis, Malkovia ortus, vir bonus.+ Haud diu post idem beneficium a D. Priore et conventu collatum est R.D. Nicolai Muchowski Vic. Bernensi

+ hic aliquid desirari videtur

Ante festum Nativitatis X.ti appensae sunt per ambitum monasterii imagines nov. 35 historiam vitae S. P. N. Brunonis repraesentantes; quas pinxit Ioan. Nathanall v. Holten, Hamburgensis. Accepit idem praeter cibum et potum, necnon colores, olea, penicillos, telam ꝛ pro unaquaque imagine 5 flor.

Super annum processus contra F. Iacobum Streithagen incarceratum a Ven. conventu apud R.mum P. Generalem serio promotus fuit, sed interveniente morte R.mi P. D. Antonii de Montgeffond et electione novi Generalis, causa indecisa mansit, et F. Iacob. in carcere per totum annum perseverare debuit.

labore
nem
hyemem
cum

pro

DD. Dom
F. Dionys

Ordinis
litterae

us 7 jan
, inves
cessit.
us, vir
Nicolao

es novae
n all ven
a, peni-

Conventu
, Antonii
Jacobus

Status Domus ad finem anni 1731.—

1.— D. Joan. Marx, Prior,
2.— D. Joan. Weyer, vic.
3.— D. Herm. Hölling, inclusus
4.— D. Anthel. Lyon, cantor
5.— D. Georg. Schwengel, Procur.
6.— D. Albertus le Vasseur } pr. D
7.— D. Carolus Lyon } pr. D
8.— D. Henr. Huberti } pr. D
9.— D. Laur. Brandt, Infirmarius
10.— D. Bruno Kadau sacrista
11.— D. Bened. Anserowski, hosp.
12.— D. Bern. D'Elgleiza } pr. D
13.— D. Andr. Kuchinka } pr. D
14.— D. Leonardus Jacquenotte, Diac. hosp.
15.— † Jac. Streithagen, pr. D, inclusus
16.— † Hugo Steiner, subdiac.
17.— † Dionysius Hoffman, pr. D
18.— † Mich. Bartnicki } novitii
19.— † Joan. Rathman } novitii
20.— † Christoph. Bittner } novitii
21.— † Joan. Gerdt conv. p. D.

1732.—

Mense februario vecta sunt ligna, asseres aliaque materialia pro monasterium pro continuandâ fabrica tecti Ecclesiae et turris majoris.

Die 30 martii comparatum est novum vas cupreum et in medio Refectorii positum pro aqua calida, constat 100 flor. et postamentum ferreum 60 flor.

Circa Pascha appensae sunt in ambitu 2 Imagines, nempe SSmae Trinitatis et Conceptionis B. Mae Vis ante Refectorium, constat quaevis 12 flor.

Die 24 Aprilis, fabri lignarii reassumpserunt labores circa tectum Ecclesiae.

Die 30 Apr. acceptis a Vdo P. Visitatore obedientialibus, hinc abiit D. Leonardus Jacquenotte et in scaphis Berezanis per aquas Gedano reversus est ad domum professionis suae; pro cujus sustentatione per menses 10 et medicinis nobis solvit Ds Berezana 120 flor. siquidem chorum frequentare ob corporis infirmitatem non potuerit.

Die 7 Junii, sabbato 4 temporum post Pentec. Gedani in Capella Regia ab Illmo DD Dominico Sieninski Episcopo Marionensi, officiali Gedanensi, ordinati sunt † Hugo Steiner in Diaconum et † Dionysius Hoffman in subdiaconum.

Die 11 junii Christoph. Bittner, novitius, deposito habitu, abiit et recessit.

hosp.

ms

i

pro

lum pro

ceptionis

Pacquenotte

: pro cujus

uidem

DD Domi

Steiner

Eodem die per fulgur Scultetia in neo-Czapel incensa, cum omnibus aedificiis combusta est.

Die 13 Junii, altera pars tecti Ecclesiae, nempe a turri media usque ad turrim majorem diruta et deposita est. Et 17 ejusdem nova tigna super Ecclesiam posita et laquearia posita sunt.

Die 28 Junii, turri mediae super tectum Ecclesiae imposita est Crux, vexillum et globus deauratus atque ab eodem die cupro tegi coepta est. Die everne Fahnen-Stange ist lang 14 fëss mit den scheeren:

Globus continet 2 modios, cui imposita est pixis cuprea, continens sacras reliquias, monetam aliquam Augusti II Regis Poloniae, item nomina D. Prioris et omnium conventualium tunc in hac domo viventium. Turris haec a tecto Ecclesiae usque ad globum alta est 54 ped.. Pro deauratione globi solvimus 170 flor. Vexillum autem et crux foliis auri per P. Procuratorem deaurata sunt.

Die 12 Julii, vetus tectum super Capitulum, partem ambitus sacellum S. P. N. Brunonis Rasuram et Bibliothecam dirutum et depositum; et die 14 Julii super easdem aedes nova tigna posita et laquearia erecta sunt.

Die 28 Julii hora 2 post meridiem fulmen cecidit cum ingenti fragore in Ecclesiam nostram sed Dei protectione, neque ignem, neque ullum aliud grave damnum intulit. In fenestra ad pulpitum Evangelii unus rombus ad magnitudinem nucis perforatus, ex opposito ad mensam Diaconi Imago B. M. V^is fuligine aliquantulum respersa, fimbriae ad pulvinar, quo in missa utimur, modice adustae, in choro ex sculpturis unum caput angeli per medium scissum et alias multae particulae minutae abscissae, pavimentum Ecclesiae multa calce ex testudine et parietibus respersum, in tecto una lamina cuprea perforata ad magnitudinem nucis ita, quod cuprum liquefactum guttatim defluxerit, duo fulcra quercina, quibus campana in turri innititur, adusta et fissa fuere.

Die 12 aug. venit huc Mich. Gabr. Reuman ad novitiatum, natus 23 sept. 1707, ortus ex villa Droschkau Com. Glatzens., sed postea inconstans factus est. Hic in via obvios habuit VV. PP. Visitatores nostros ad cartusiam Gidlensem tendentes.

Mense augusto: ist der stühl zu dem grossen Galb-Thüren aufgestzt und gleich darauf mit einer blinden Maur befflevdet worden. Folgends ist die spitze des grossen Churms aufgerichtet worden.

Die 6 sept. ad noctem Berez à Quadendorfium pervenerunt VV. PP. Visitatores, D. Jacobus

Klapper, aetatis 39 an., Prior S. Friedricensis et convisit.or Prov.ae Alemaniae superioris, et D. Joan. Jenumb Prior S. Aggspacensis, in socium assumptus. Die 7 sept. quae erat Dominica dies, mane iidem Gedanum ingressi, ibidem propter Minutiones generales occurrentes commorati sunt usque ad 10 sept. Die tandem 10 sept. ad noctem, Doctore P. Procuratore, ad domum hanc pervenerunt.

Die 12 sept. ante meridiem, horâ 9.a inchoatus est Actus visitationis ritu consueto, et post prandium incepit scrutinium. Die 19 sept. mane lectum Scrutinium et conclusus fuit Actus Visitationis. Ordinationes 5 duntaxat factae, monita nulla data sunt. Officiales manserunt in suis officiis. D. Laur. Brandt institutus est Instructor novitiorum. Vide chartam visit.is et ordinationes. Sciendum hac vice domos Provinciae nostrae ideo visitatas fuisse, ut V.dus P. convisitator notitiam domorum et personarum Ordinis acquireret, quandoquidem D. Visitator principalis senio confectus et viribus destitutus, Provae intendere amplius non potuerit.

Die 19 sept. horâ 4 post meridiem iidem V.di PP. Visitatores hinc abiverunt comitantibus D. Priore et D. Procuratore, ad praedium nostrum Grabowo, ubi pernoctarunt; postridie iter prosecuti sunt per Starogardiam, Telphinum &c ad proprios lares. In vim viatici juxta assignationem V.P. Convisitatoris, debuimus solvere 1460 flor. 27 gr. Famulis ipsorum, 2 camerariis, 1 Coco, 3 aurigis pro honorario dedimus 92 flor., pro victualibus aliisque rebus Gedani consumptis 150 flor.

Die 27 sept. investitus est Mich. Reuman novitius, sed non perseveravit.

Die 29 sept. F. Mich. Bartnicki, Varmiensis, sacram professionem fecit.

Die 18 oct. Franc. Rethman novitius jam prope finito anno probationis, abiit et recessit.

Die 3 nov. Crux, vexillum et globus deauratus (cui sacrae reliquiae, moneta diversa et nomina omnium conventualium ejus temporis inclusa sunt) turri majori impositus et abinde eadem cupro legi coepta est.

Die 13 nov. in Gorenczinensi Ecclesia per RR. PP. Missionarios ad S. Adalbert. incepit Actus Missionis, postea in Ecclesia Kulpinensi et ad S. Catharinam Cartusiae continuatus usque ad diem 9 dec., sub quidem poenitens Confessario tradidit saccum cum pecuniis, rogando, ut ipsum Cartusiae nostrae, cui ablatus fuerat, restitueret. Satisfecit voto poenitentis Confessarius et pecunias ad monasterium deferens, dixit: hominem (ne sigillum confessionis frangeret)

305

21

quemdam ante aliquot annos intra portas monasterii reperisse saccum cum 1200 flor., et ex his jam ultra 400 flor. expendisse, nec ob paupertatem eosdem posse restituere, residuam vero pecuniam 780 flor., conscientiâ ductum nunc reddere. Constabant pecuniae residuae ex selectis tinfonibus Joan. Casimiri Regis Poloniae. Porro sciendum: post mortem D. Guilelmi Prioris A° 1728 perierunt ex arcâ communi 5000 flor., partim in auro, partim in argento, suspectusque fuit hactenus de hoc furto profugus Daniel Wachet, olim Donatus domus nostrae; sed Deo soli haec sunt cognita.

Sabbato 4 temp. in Adventu Domini, Gedani in Capella Regia ab Illmo DD. Dominico Sieninski Episcopo Marionensi, officiali Gedanensi, ordinati sunt D. Hugo Steiner in Presbyterum, D. Dionysius Hoffman in Diaconum et F. Mich. Bartnicki accepit tonsuram et 4 ordines minores

Super annum aedes reliquiae in praedio Quadendorf, anno praeterito combustae, perfectae sunt. Super annum officium parvum cum Litaniis de S. P. N. Brunonis nostris impensis Gedani reimpressum est. Typographo dedimus papyrum et pro typo mille exemplarium latinae ac totidem Germanae linguae solvimus 28 flor. Iconis S. P. N. Brunonis forma aenea Antverpiae sculpta, constat 36 flor. et imagines 1400 impressae ibidem 14 flor.

Super annum Ven. Conventus denuo multum egit apud R^mum P. Generalem de dimittendo ex Ordine F. Jacobo Streithagen incarcerato, reclamante contra sacram professionem, sed nihil effectum est.

Status Domus ad finem anni 1732.—

1.— D. Joan. Marx, Prior
2.— D. Joan. Weyer, Vic. et Cantor
3.— D. Herm. Holling, inclusus
4.— D. Anthelmus Lyon, Cantor
5.— D. Georg. Schwengel, procurator
6.— D. Albertus le Vasseur } pr. D.
7.— D. Carolus Lyon } pr. D.
8.— D. Henr. Huberti } pr. D.
9.— D. Laur. Brandt, Instructor novitiorum
10.— D. Bruno Kadau, sacrista.
11.— D. Bened. Anserowski, hosp.
12.— D. Bern. D'Elgleize } pr. D.
13.— D. Andr. Kuchinka } pr. D.
14.— F. Jac. Streithagen, inclusus
15.— D. Hugo Steiner, presb.
16.— D. Dionysius Hoffman, Diac.
17.— D. Mich. Bartnicki, pr. D.
18.— F. Mich. Reuman, novitius
19.— F. Joan. Gerdt, conv. pr. D.

1733.

Die 3 janu. in lacu Ostricensi tractu modz adla, fracta glacie, 4 equi juncti ad plaustrum piscium ex proedio Cartusiae submersi sunt, et paulo abfuit, quin 5 homines eidem fato subjecti fuissent, qui sat diu in aquis natabant, donec salvarentur.

Die 6 Jan. D. Hugo Steiner celebravit primitias. Ad quem actum mater eidem misit flor. pro calice novo, et 100 flor. pro tractamento Ven. Conventus ad prandium.

Die 9 Apr. Carmelus Gedanensis per Lectorem Philosophiae R.P. Modestum a S. Basilio dedit D. Priori et Conventui nostro Theses ex universa Philosophia sub Imagine Crucifixi Domini. Vicissim solvimus pro Iconibus 100 flor., pro typo 12 flor. pro musica 5 flor. PP. Carmelitis pro mensa 30 flor. pro vino 35 flor. pro pane albo 5 flor. 15 gr., R.P. Lectori 1 ducatum, in summa 183 flor. 15 gr.

Circa Pentec. comparatum fuit antipendium ad Altare majus, rubrum acu pictum; pro quo solvimus dem Goldstücker 500 fl. für 11 ℔ vothen Atlass 49 fl. für silberen tressen und Frantzen 20 flor. weisse spitzen und Leinwand 19 fl. nägel 1 fl. birgeld 18 gr. in summa 589 fl.

Sabbato ante Pentec. in villa Schönflus igne fortuito 3 casae et 2 horrea conflagrarunt.

Die 29 maii incellatus est pro Donato Joan. Gabr. Karzkowic Marienburgensis, natus 7 fe 1706, professione cuprarius.

Die 17 junii, horâ 10a ante meridiem D. Hermannus Hölling, profus hujus domus, apoplexia tactus mortuus est. Vir hic ex Ducatu Montium Wipperfordio ortus et olim miles, in hac domo professus est Ao 1694 die 8 dec., deinde sacerdos factus per obedientiam missus fuit ad domum Gidlensem, et inde postea ad Waldicensem. Tandem domum redux, post multas insolentias et contumacias, decreto Vdi P. Visitatoris Ao 1714 ad finem Oct. carceri mancipatus et in eodem mortuus est. Sepultus est nocte in coemiterio praesentibus 4 Patres et 1 Converso. Postea tamen totum officium defunctorum, quale pro monacho professo domus fieri solet, pro eodem expletum est.

Die 31 aug. dimissus est ex Ordine Mich. Reuman, novitius, varius morbis obnoxius.

Die 5 octobris, Deo opitulante, tandem fabrica novi tecti cuprei cum 3 turribus super Ecclesiam Conventualem et horologio majori absoluta fuit.

Rationes expensarum.

Mr Frantz Meierhold Bürger und Kupfer Schmidt aus Dantzig ward 1731 bedungen

stum
fato
misit 100
lio dedica
mini.
clitis pr
in summa
no quo
und
à 589 fl. 16
nt.
tius 7 feb
s, apoplex
ac doma
domum
ntias
in eodem
Postea
odem
.
her
ungen

alles erforderliche Kupffer zu dem Kirchen-Dach und 3 Thürmen zu liefferen und zu war-
-arbeiten. Solte für Kupffer und Arbeit pr Centner . . . . . 117 flo.
Vom Kloster empfangen praeter ibum et potum pro sacerdotibus, Kupffer ist aufgelegt
an Dach-Bleche 322 centner 9 ℔ . . . . facit . . . . . 37682 flor. 23 gr.
1 Boden-Blech, 1 Stiffel, 2 Pfeiffen ad min. turrim, 40 ℔ . . . . . 39 fl.
3 Knopffe in turribus und die Jacher-Zahl, vexillum maj. turris . . . 118 fl.
4 drachen-Kopffe, 37 ℔ externe drath unter den Rinnen . . . . 87 fl. 12 gr.
Summa 37.927 fl. 5 gr.
Von solcher summa gehet ab, die Abschnitte von den Dach-Blechen 46 Ungefehr 58 ℔
Welche die Kupffer-Schmidt zurücke genommen a 93 fl. . . . thut 4330 fl. 21 gr.
Item noch gantze Bleche in sine laboris zurücke bekommen ½ centa 34 ℔ a 117 fl. . . . 208 fl. 13½ gr.
Der Kupffer-Schmit hat also in allem nur bekommen . . . . . 33387 fl. 24 gr. 13½
Waag und Schacht-Geld zu Dantzig fürs Kupffer in summa . . . . 64 fl. 3 gr.
Dem gesellen Lorentz Herenstron und Dick, beyde schreiben . . . . 16 fl. 12 gr. reinen geld
Die 3 Knöpffe, fahne turris min. und Jahrzahl im sauer Wergüldt . . . 500 fl.
2 alia vexilla, cruces 3, indices 2 horologii ect . . . a fl. conv. deauratae
sunt: Darzu aufgegangen 10 Loth Gold a 4½ flor . . . . . 45 fl.
1 St. Blewris - 4 flor. 24 gr. - 6 ℔ blaue farb 3 fl. 18 gr. . . . . 8 fl. 12 gr.
Die kl. fahnen-stang, 10 füss lang, wigt 133 ℔. Kostet um cruce . . . 40 fl.
Die Mittl. fahnen-stang ist vom Alten thurm, additi sunt 60 ℔ Eysen ist lang 14 füss, kostet . 33 fl.
Die grots-fahnen-stang 16 füss lang, wigt 300 ℔, kostet . . . . . 50 fl.
Dem Schlosser pro horologio murum tankferendo und Eysen-drath . . . 243 fl.
Dem Grob-Schmidt für Anckers, splinde ꝛc . . . . . 66 fl. 12 gr.
Dem schlosser pro aliis laboribus ad turres . . . . . 90 fl.
Item für 4 Stützen zu den drachen Kopffe und fenster-beschlag . . . 54 fl.
24 Stange Eysen, stacl, Stein-Kollen ꝛc pro . . . . . 101 fl. 6 gr.
für den hammer zum schlag-Uhr . . . . . 5 fl.
40000 Dach-nagel zu den Kupffernen Platen a 4 flor . . . . 160 fl.
15000 Pelker = a 15 fl. = 6000 schillings-nagel a 10 fl. . . . . 185 fl.
3000 Groschen = a 30 fl. - 300 Ditchen-nagel a 9 fl. . . . . 117 flo.

ü wer-
) flos.
ufgelegt
or. 23 gr.

12 gr.
5 gr.
hner 58 fl.
gr.
fl. 13½ gr.
26 gr. 13½ gr.
3 gr.
rinck
geld -

2 gr.

t. 33 fl.

2 gr.

gr.

2000 Klamspeicher a 8 fl. alte grosse Nagel pro 53 fl. 12 gr. . . . . 69 fl. 12 gr.
Der Architectus und zimmerleuthe an Taglohn haben bekommen in summa . . 2564 fl. 20 gr. ½
Die Maurer und handlangen, und für Lackmes . . . . . 644 fl. 21 gr.
Rothe fart pro turri 26 fl. 6 gr. = 1 schleifstein den zimmerleuthen, 3 fl. . . 29 fl. 6 gr.
95 grosse fichten pro tignis ex Zukov . . . . . 270 fl. 27 gr.
Dem mühler schneidlohe für 495 Vahnen zu Dihlen und Latten . . . . 99 fl.

In summa 38944 fl. 6 gr. 4½ S.

Dass bandere holtz auss unsern Waldern, ziepel, kalck, führverck, scharwerck, Speis Tranck ungerechnet.

Holtz ist aufgegangen: 15 schok grobe und mittlere Fichten ½ schok kleine Fichten zu den Vüstungen. 40 schok Dihlen, 1½ schock Bohlen a 3 biss 4 zoll, 50 schock Latten, 40 stück Eichen pro turribus.

Sciendum: Die Kirche ist lang 160 füss — breit 45 füss. Der grosse Thurm in Mauren hoch 90, die spitze bis aus Kreutz 60 füss. Der mittel Turm biss aus Kreutz 40, der Kl. Thurm 20 füss. Der gröste Knopf hält in diametro 2½, der mittlern 2, der klein 1½ füss. Gleicher grösse seind die Fahnen und Kreütze.

Schema Conventus ad finem 1733. —

1. — D. Joan. Marx, Prior,
2. — D. Joan. Weyer, Vic.
3. — D. Anthel. Lyon, Cantor
4. — D. Georg. Schwengel, Procur.
5. — D. Albertus le Vasseur } pr. S
6. — D. Carolus Lyon } pr. S
7. — D. Henr. Hubesti } pr. S
8. — D. Laur. Brandt, Instructor nov.
9. — D. Bruno Kadau, Sacrista
10. — D. Bened. Anserowski, hosp.
11. — D. Bern. D'Elgleize } pr. S
12. — D. Andr. Kuchinka } pr. S
13. — F. Jac. Streithagen, inclusus
14. — D. Hugo Steiner, Tresb.
15. — D. Dionysius Haffman, Diac.
16. — D. Mich. Bartnicki, pr. S
17. — F. Joan. Gerdt, conv.
18. — F. Franc. Karszkowicz Donatus novitius

1734. —

Quando Marcus Pascha dabit
Antonius Pentecosten celebrabit
Joannes in corpore (Xti) stabit
Totus mundus Voe! Clamabit.

...h. 12 gr.
...h. 20 gr. ½
21 gr.
6 gr.
27 gr.

4 ½ S.
Franck...

...hten zu
...latten,

...lt auren
..., der
...lein 1 ½

...nov itais

Vaticinii hujus adimpletionem in his terris sensimus heu nimis! per belli aliasque calamitates.

Descriptio Belli 1734 in terris Prussiae. –

A° 1733 die 1 Febr. mortuus est Varsaviae post inceptam Comitia generalia Regni Seren.mus Princeps et DD. Augustus II Rex Poloniae, Dux et Elector Saxoniae. Interregnum subsecutum per menses 7 in summâ pace et tranquillitate, prudenti gubernatione Celsissimi Primatis, pertransiit. Ad initium Sept. anni ejusdem in campo electorali prope Varsaviam incepit electio novi Regis, et 12 sept. hora 4 post meridiem proclamatus fuit per Celsissimum Primatem Stanislaus Leszinski socer Regis Galliarum, Rex Poloniae. Huic praecipiti proclamationi mox contradixerunt pannulli status et ordines, atque illico trans Vistulam progressi in campo prope villam Praga, novam electionem instituerunt: per quam die 5 oct. Seren.mus Princeps et DD. Augustus III Dux et Elector Saxoniae, filius Augusti Regis filius unicus, Rex Poloniae proclamatus fuit. Ortum itaque schisma, multas invexit clades. Electoribus Augusti III adfuit mox sub principio electionis in succursum et protectionem exercitus Moscoviticus: qui cum transitum per Vistulam et ingressum Varsaviae pararet, Stanislaus Rex cum Celsissimo Primate aliisque adhaerentibus Senatoribus Regni, Varsavia recedens, Dantiscum die 25 sept. advenit, ibidemque longo tempore sedit, expectans rei eventum. Peracta electione Augusti III Senatores adhaerentes (quibus sensim plures accesserunt) trans Vistulam Varsaviam, quam miles Moscoviticus paulo ante jam praeoccuparerat, progressi, ibidem reliqua, quae negotium hoc ordinem postulabat, perfecerunt, ac denuo Legatos cum pactis conventis ad neo-electum in Saxoniam miserunt. Ad finem anni 1733 (nov. vel 1733) venit in Poloniam Seren.mus Augustus III Rex cum Seren.ma Regina consorte sub praesidio 24000 Saxonum et die 17 jan. 1734 idem Cracoviae per Ill.mum Joannem Lipski ejusdem Urbis Episcopum consueto ritu, coronati sunt.

Hactenus in terris Prussiae omnia tranquilla fuere. Primum belli ictum his terris dedit Confoederatio quaedam in favorem Stanislai Regis, A° 1733, mense novembri Graudenti inter paucos nobiles terrae Culmensis inita, cui sensim plures nobiles ex aliis terris, ac denuo aliquot vexilla Polonorum a milite Moscovitico dispersorum accesserunt. Confoederatio hoc sub marescalco Sebastiano Melzinski Equite terrae Culmensis, illico extradidit litteras universales ad status et ordines terrarum Prussiae de statuendo milite in favorem

que

: Seren.mus
ecutum
imatis,
coepit
um
proclam
rogressi;
ren.mus
, Rex
ibus
s Mosc
ius Rex
Dantiscum
ta electione
rsaviam,
a, quae
ntis ad
niam
xonum
coptum

is dedit
Denti
is, ac
Confoede
edidit
lavoren

Stanislai Regis. Et inter alios, Cartusiae nostrae per similes litteras imposuit infra spatium 3 hebdomadarum, statuitionem 2 locum-tenentium (Lieutenants), 2 vexilliferorum, 8 corporalium 40 equitum Dragonerorum, 40 militum peditum in vestitu, equis et armis decentibus et congruis, una cum provisione victus, pabuli pro equis et ammunitionis, nempe pulveris pyr et plumbi seu globorum ad menses tres. Sed huic excessivae praetentioni opposuerunt se omni Status et Ordines, et supervenientibus Moscis Torunium ad initium mensis Febr. 1734, Confoederatio haec majorem in partem, haud dia post dispersa est.

Die 28 Jan. 1734 pernoctarunt in villa nostra Gobule quidam Rotmagister et Vexillifer Stanislai Regis cum 60 Tyronibus in capitaneatu Sluchoviensi conscriptis, extortoque victu, pabulo et curribus cum equis pro vectura decem, die 29 jan. progressi sunt ad villas nostras Gorenczin et Culpin, indeque adhuc 8 curribus acceptis, ad noctem iverunt Zuchoviam.

Die 3 Febr. venerunt Belkoviam Poloni aliquot divisionis m. D. Zebrzydowski et extortis 20 modiis avenae, 1 plaustro foeni et 1 ton. cerevisiae iterum recesserunt.

Die 9 febr. Quadendorfium ingressi sunt 180 milites Regulares Guardiae Regni, ibidem per triduum laute viventes, tandem ad villas Gedanensium processerunt.

Die 12 Tyrones (Recreutes) Belkoviam transeuntes, victualia et pecunias extorserunt.

Die 17 febr. Castellanus Czerski cum sua divisione 3500 Polonorum bona nostra Grabo-viensia invasit, ibidemque per octiduum hoesit. Castellanus hospitatus est apud Scultetum Neo-Grabovien: et hac occasione villae nostrae vicinae ferme funditus exhaustae fuere.

Eadem die 17 Febr. ad noctem villam nostram Klobuczino et Grabowo ingressi sunt Generalis Com. de Schlieben cum militia regulari equestri, Sebastianus Meldzynski Marecalcus cum confoederatis et Com. Opalinski, Stanislai Regis affinis, cum 6 vexillis Polonorum Cataphractorum, ibidem per triduum manentes et multum valde consumentes. In praedio Graboviensi praeter alia plurima tunc 23 $\frac{3}{4}$ tonnae cerevisiae consumptae sunt.

Sub hoc belli strepitu D. Georg. Schwengel Procurator domus, ibidem Grabovioe ad placandos milites commorans, discrimini vitae subjectus fuit. Miles quidam Lithuanus benepotus, illum primo sacrilegis verbis, mox oblongo cultro agressus est, volens, ut aiebat, ejusdem pectus scindere, cor extrahere et inspicere, qualis ei Rex Poloniae an Stanislaus an Augustus insculptus esset, ac sic ferme per horam illum apprehenso pecto

atiuns
corporalium
us et
eris pyri
se omnes
1734.

et vexillifer
toque
ad
ns iverunt

tis 20

, ibidemque

serunt.
Grabo-
Sculte-
tae fuere
nt-Gene-
i Marc-
Polonorum
hoedio

ad
thuanus
s, ut
e an
o pectore

tenuit. Ante fores vero praedii stabat cohors militum 40; quorum ductor sive officialis mor impatiens, irrupit in cubiculum, et dictum Procuratorem eripuit de manibus istius ebrii militis. Post quae, idem Procurator, hora undecima noctis, assenso equo, inter imbres et vent sine pileo reversus est.

Eadem die 17 Febr. Belkoviam alia cohors Polonorum ingressa, militari licentia usa e

Die 19 Febr. Marescalcus Meldzinski, Generalis de Schlieben et Comes Opalinski cum suis copiis venerunt Cartusiam, ubi intendebant magazinum erigere: officiales manebar in ipso monasterio, milites in praedio et villa, per triduum graves molestias et haud levia damna inferentes, tota die comedebatur et bibebatur, una cohorte alteri ad mensam succedente: in Refectorio comedebant 48 commilites (Towarzysze) unusque ex his ascensa cathedra, lectionis loco, cantilenas spurcissimas declamabat; hinc factum quo Patres in Refectorio per menses 9 abhinc non comederint. In procuratura jacebant ser Dominorum. Quotidie quinquies in monasterio panis pistus fuit nec tamen omnibus sufficiebat. In praedio ex stabulis ejecerunt omnia pecora (quorum 3 ex frigore per noctem crepuerunt) equosque suos in eadem induxerunt. In praedio et villa tanta militum copi stetit, quod nec locum haberent, ubi caput reclinarent. Die 21 Febr. intellecto Moscoru adventu, hora 8 noctis, extortis a monasterio 460 flor., hinc aufugerunt, residuum noct in villis Gorenczin et Ostrice transigentes et postridie per villas Ronty, Patuly, Golu et Czapel transeuntes, ubique militari licentia usi sunt. Hac occasione etiam villae Prakowo, Smolzin et Culpin multa passae sunt.

Die 20 Febr. appopinquavit Dantisco exercitus Moscoviticus, ex 8 legionibus Equitum, 8 legionibu Peditum et 5000 Cosaccorum, Calmucorum et Tartarorum constans, ductore supremo Petro de Lac Generale Locum-tenente, catholicae religionis: ex quibus hac nocte in villa nostra Belkou sub tugurioli ex palis et stramine confectis, jacuerunt 3000 Cosaccorum, 500 Calmuci et 500 Tart ipsorum vero Colonellus Dunin in praedio stetit. Consumpserunt hi ibidem 2 lastas avenae, 30 plaustra foeni, 15 sexag. straminis, 30 porcos, 1 ovem, 50 anseres, 1 equum et ½ ton. cerevisi postridie olivam pergentes. Et ab hac die Urbs Dantisc. obsessa fuit.

Die 23 et 24 Febr. Poloni profugi per transitum villas Gorenczin et Ostrice expilarunt Die 2 martii, irruperunt in praedium nostrum Malkowo 800 pabulatores Mosci, et in ea rapuerunt 24 plaustra foeni, 2 last. avenae, 62 sexag. manipulorum cum segetibus, 8 me

lis moræ
ebrii
et ventos

a usa est
cum
an ebant
ud levia
sam
ex his
m quod
l ant serv
nibus
ler noctem
um copia
Moscorum
um noctis
ly, Golubie
villæ

gionibus
de Lacy
ou sub
oo Tartari
enæ, 30
cerevisiæ,

larunt.
et in eo
us, 8 mod

pisorum et mod. punici.

Die 7 mart. ob defectum pabuli ex castris prope Gedanum recesserunt 8 legiones Equitum Moscoviticorum et cohortes Cosaccorum, Calmucorum etc... quarum ala sinistra, constans ex 4 legionibus et multis Cosaccis, ductore Zagraiski (General Lieutenant de cavallerie) ad vesperam divertit ad villas nostras Culpin, Somonin, Gorenczin &, ibidemque haesit per triduum, donec ultimum fasciculum straminis consumpsisset: ala vero dextera ex 4 pariter legionibus et aliquot cohortibus Cosaccorum conflata, sub principe Vruzow (General major de cavallerie), divertit ad villas nostras Malkow, Smolzin, aliasque viciniores, ac ibidem pariter per dies tres haesit, quousque pabulum pro equis sufficeret. Die tandem 9 mart. haec Mirachovim, illa vero Bernam per villas nostras Patuly, Klobuczino et Golube progressa est.

Die 8 mart. ex Culpin in Monasterium quidam Capitaneus moscus cum 100 equis, irrupit; cui dare debuimus omnes pisces ex cista, 30 mod. siliginis (pro quibus solvit 18 flor.) foenum et stramen ex praedio, ac aliquot currus cum equis pro vectura: ex quibus 2 equos et currum retinuerunt, nec unquam restituerunt.

Die 9 mart. ex Smolzino irruperunt 200 Dragoneri in Monasterium, quibus omnes januas usque ad fores Ecclesiae aperire debuimus. Ducebant hos duo officiales valde duri; sed tandem acceptis 1 aureo, lagenâ cremati, 1 lasta avenae, 3 modiis farinae, foeno et stramine ex praedio, iterum recesserunt.

Tandem extraditis litteris universalibus pro contributione militari facienda, villis cartusiae imposuerunt 186 portiones et totidem rationes, assignantes pro una portione per mensem: 1 mod. siliginis aut farinae aut 75 ℔ panis, 30 ℔ carnium, aut 1 flor. 30 stof. cerevisiae, 1 stof. cremati, 3 stof. pisorum vel pultium, 2 ℔ salis: pro ratione autem, 4 mod. avenae, 4 mod. secti straminis, 600 ℔ foeni, 15 fasciculos straminis; vel pro una portione et ratione per mensem 21 flor. Hoc non obstante, Equites Mosci et Cosacci quotidie irruperunt in villas nostras, easque omni pabulo spoliarunt, et praedium nostrum Grabowo hac occasione adeo spoliatum fuit quod nonnisi 20 fasciculi straminis ibidem relicti fuerint. Subditi nostri cistas suas et frumenta in monasterio et in Ecclesiis Gorenczin, Kulpin, et Grabow occultaverunt, quae saltem intacta permanserunt: alii vero res suas terrae infoderant, sed has plerumque Cosacci invenerunt et rapuerunt. Pecora in convallibus et dumetis densis iidem subditi occultaverant. Ipsum autem Monasterium res nobiliores, videlicet

Archivum, Argenteriam Ecclesiae, arcam communem & mox ad initium hujus belli Dantis-cum transportaverat. Supradictam tariffam portionum et rationum pro uno mense praestitit et solvit monasterium (subditis exhaustis) partim in natura, partim in pecuniis, idque Mirachoviae Generali Vruzow, ibidem cum copiis militum consistenti.

Die 6 et 7 apr. pabulatores (Fourragier) aliquot in monasterium venerunt, et acceptis 2 plaustris foeni, 2 Imperial, et lagena cremati, iterum recesserunt. Praedium Belkow et villa Quadendorf ferme quotidie, quousque aliquid superfuit, a pabulatoribus, qui erant ad Gedanum in castris invisebatur. nulla villa, nulla casa in bonis nostris ab hujusmodi expilationibus (quae per 6 hebd. continuatae fuerant) intacta permansit.

Die 18 aprilis, Dominicâ Palmarum summo mane Cartusiam nostram ingressi sunt 7 Equites Poloni, adhaerentes Stanislao Regi, ad explorandum, quid hic rerum audiretur et ageretur, ac circa horam 4 vesperarum reversi sunt ad Fratres suos, qui tunc castrametabant Wysecz in.

Eadem die hora 6 vesperarum, inter nives et pluvias insperate advenit Cartusiam Supremus Generalis Petrus de Lacy (vir catholicus et magnus Fautor Cartusiae) necnon Generales Zagraiski et Vruzow a 7 colonelli cum copiis militaribus 6000 Dragonerorum moscoviticorum ex quibus una legio substitit et pernoctavit in ovili nostro Lesno: Supremus Gen. de Lacy cum suo filio et Principe Boratinski Adjutantibus ac 3 secretariis (qui Cancellariam bellicam custo-diebant) pernoctarunt in monasterio, Generalis Vruzow in praedio, Generalis Zagraiski apud Rotarium in villa, colonelli 7 in taberna, Officiales reliqui in casis, gregarii milites una cum equis sub dio in hortis et campis. Generales omnes 3 et nonnulli Principes juvenes, voluntarii coenarunt in monasterio, in quo postridie de mane consilium bellicum praesentibus 3 Generalibus et 7 colonellis habitum fuit. Disciplina militaris rigide observata est, nec ulla violentia per tantam hominum copiam, aut ullus excessus intervenit in monasterio, praedio, taberna et casis minuta quaeque percepta soluta sunt. Sponte Monasterium dedit 10 modios hordei, in defectu avenae, pro equis Generalium.

Die 19 Apr. sumpto prandio in monasterio, Generales cum exercitu per Mtynck progressi sunt Kielmam, ibidemque pernoctarunt. Processis militum (cum nonnisi bini et bini per silvas transire possent) donec ultimi Cartusiâ abirent, duravit usque ad noctem.

Die 20 Apr. inter Moscos antedictos et Polonos Stanislao Regi adhaerentes, quorum 15000 sub Ductore Comite de Parto Pal. Lublinensi castrametabant prope villam Wysseczyno, 2 ½ milliari

a Cartusia ventum est ad conflictum, de quo Mosci caesis et fugatis Polonis, triumpharunt. Media nocte venerunt Cartusiam 7 Equites Poloni ex loco pugnae profugi, quaerentes asylum refugii, quod eis ob metum Moscorum denegatum fuit.

Die 23 Apr. pernoctarunt Cosacci et Calmuci cum sarcinis bellicis de 3 legionibus in Gorenczin, Slaukow, Ronty et Czapel, postridie inde progressi Pollenczinum, Spon, Grabow, Schonflus et vicinas Huttas: ubi per 2 noctes commorantes, multa damna subditis nostris intulerunt, stramen de tectis in defectu alterius pabuli deponentes et equis subjicientes. Mactarunt aliquot pecora et ultra 100 porcos consumpserunt, extorserunt multos currus cum equis et bobus pro vectura, de quibus paucos restituerunt.

Villa nostra Quadendorf sub obsidione Urbis Gedanensis, multa mala sustinuit. Imprimis totum latifundium aquis inundatum et plerique Rustici per Cosaccos expilati fuerunt. Retro fabrum inter duos pontes in via publica erectum fuit munimentum cum vallis et fossis, in quo stabant 80 milites Mosci pro praesidio; inde progrediebantur circumvallationes, ab uno latere usque ad Vistulam, ab altero usque ad fl. Motlaviam, ita quod nullus ad villam introitus, nullus ex ea exitus pateret.

Die 12 maii eadem villa Quadendorf cum aliis pluribus Gedanensium villis a Moscis incensa et combusta fuit, inculpatis hominibus, quod stante obsidione, victualia in Urbem intulissent, item quod Gedanensium milites (Die Schnaphähne) fovissent. In praedio horrea et stabula recenter magnis sumptibus exstructa, in villa 8 curiae cum horreis et stabulis, ambae tabernae, Die Racken-bude cum omnibus officinis, Die Schminde et casae 10 opificum, ad praedium spectantes in cineres abiverunt. Insuper in praedio omnis suppellex agraria, 2 equi meliores, 4 vituli, 18 porci majores: in villa pariter apud Colonos omnis suppellex agraria et domestica, pecora varia & igne absumpta fuerunt. Equi reliqui ex praedio Cartusiam, vaccae Belkoviam (ubi autem ex pabuli defectu ferme omnes crepuerunt) translatae sunt. Homines ex villa, cum aliunde propter inundationem ibidem nihil seri aut meti potuerit, nudati et spoliati omnibus, ad interim recesserunt, ac ac suos cognatos et amicos alio commigrarunt. In praedio autem manebant 30 cosacci et Calmuci, excubitores, qui post 12 horas mutabantur. Post hoc incendium P. Procurator cum litteris passus a Supremo Generali, invisit praedium et villam, sed a supervenientibus novis excubitoribus nocte inde ejectus fuit.

Eadem die 12 maii Villa nostra Gdingen cum multis aliis villis in littore maris a Moscis

incensa et funditus combusta fuit, ob metum classis Gallicae advenientis. Villa haec tunc erat in bono statu et in eadem scultetia, taberna, 7 curia chmetonales, 5 casae hortulanorum, 8 aliae minores casae cum horreis, stabulis ac omni suppellectile (Incenso res enim non passi sunt quicquam ex domibus exportari) igni tradita, et homines miserimi 14 Cobus, aliquot equis aliisque multis rebus spoliati sunt.

Ad finem mensis Maii accesserunt ad obsidionem Civitatis Gedanensis 10 Legiones Saxonum et 5 legiones peditum moscorum. In littore autem maris comparuit classis Gallica in succursum Stanislao Regi et Civitati Gedanensi, quae prope portalitium Minda exposuit 3 legiones Gallorum, 2100 plus minus capitum; sed haec post breve tempus in castris suis a Mosis interceptae et captivae in Moscoviam abductae sunt. Supervenit eodem tempore classis Moscovitica, afferens artilleriam majorem, videlicet mortaria et alia tormenta bellica cum ammunitione permulta, et ex tunc Gedanum majori vi et impetu oppugnabatur. Explosiones tormentorum die ac nocte fiebant, ex quorum ictibus aedificia contigua incessanter tremebant. Rex Stanislaus interim Gedano clam nocte aufugit. Et sic tandem longam post obsidionem et maximam Aedes Gedanenses, tradita 23 junii per Capitulationem Saxonibus Minda portalitio, ac mox 28 ejusdem ipsa civitate, Serenissimo Polonia Regi Augusto III se submiserunt. Idem in scripto praestiterunt 51 magnates Regni Poloniae Stanislao Regi adhaerentes, hactenus intra Gedanum inclusi. Civitas justa Capitulationem solvere debuit pro expensis in obsidionem factis, Mosis 4 000 000, Saxonibus 900 000 fl. Rhenan.

Die 19 mensis Julii Serenissimus Augustus III Rex Poloniae venit Olivam, cui mox magnates antedicti et paulo post Civitas Gedanensis, homagium debitum viva voce praestiterunt. Quae fuerit facies Civitatis post solutam obsidionem, ubi cogitur. In suburbiis aedes in favillam et cinerem redactae, intra Urbem conquassatae et laceratae fuerunt. Aedes ad Cartusianam nostram spectantes, universim omnes destructae erant. Ceciderat bombus et globi aliquot in solitam residentiam nostram (Carthauser-hof) perfregitque trabes aliquot, excussit januas et fenestras et tegulas per urbem dispersit. In eadem majorem curiae nostrae versus plateam 1 spiritus, cecideranat bombi 2 et globuli aliquot, in eadem Die Rattebadstube sitam, 1 Cobus; in aedes in der Mühlen-und Kolbergasse bombi et globuli permulti, et damna maxima intulerunt, quorum restauratio postea multas a nobis expensas exposcit. Haec de obsidione Gedani.

§ Cum granum in pratis et segetes in campis crescere coepissent, mox fabulatores longe

lateque ex castris excurrere et gramen defalcare inceperunt. Nulla dies transiit usque ad mensem sept., quin Cosacci non inviserent villam nostram Belkowo, ibidem prata depascentes aut gramen defalcantes, segetes destruentes, et unam alteramque ovem, porcum, equum, vaccam, aut bovem auferentes. Ex alio latere, Saxones ex castris prope Olivam irrumpentes in villas nostras Malkowo, Sitno, Smolsin, Trakowo et 28 ac 31 julii in praedium castusiae, deinde 3 ipsorum cohortes simul die 2 aug. in idem praedium, omne foenum jam in horrea collectum abstulerunt, insuper multa damna segetibus in campis inferentes.

Feria 3a Pentecost. irrupit in monasterium cohors Calmucorum; sed accepto haustu illico recessit. — Die 24 junii ipso festo SS. corporis Xti, 300 Poloni adhaerentes Stanislao Regi, Bernā irruperunt in villam Reboszewo, ubi cosaccis (qui ibidem in pratis equos pascebant) 10 caesis, 5 captivitatis et captis 50 equis, cum triumpho recesserunt. Postera die 400 Dragoneri Moscovitici villas nostras Kulpin, Gorenczin transeuntes dictos Polonos investigarunt; sed non invenientes, multos homines innocentes ex villis Remboszewo, Brodnica et captivos ad castra prope Gedanum abduxerunt.

Die 1a julii mane transierunt villas nostras Kulpin, Gorenczyn, Ronty, Grabowo et 2 legiones Equitum moscovit. Ductore Generali de Lesle, inde Bernam progressi, multa tamen alia damna inferentes, nisi quod prata depaltulati sint et Graboviae ex praedio 1 bovem et tonnam cerevisiae extorserint.

Die 13 julii, cohortes Cosaccorum et Calmucorum transeuntes villas Culpin et Simonin, in Pollenczin pernoctarunt, ubique more solito viventes. Quod et alibi crebro fiebat.

Die 29 Julii, Serenmus Augustus III. Rex Poloniae, Olivae gratiosissimae confirmavit omnia privilegia, jura, libertates etc. per bina diplomata domus nostrae, pro quibus ambobus 4 duntaxat ducatos in Cancellaria Regni solvimus.

Die 30 julii, idem Serenmus Rex Olivā abiit, in Saxoniam revertens.

In castris Saxonum prope Olivam erant simul 500 Ulani Poloni, prae caeteris insolentiores: hi ex praedio Belkowo extorserunt 1 bovem, verveces, porcos, 5 ton. cerevisiae et plura alia.

Circa medium mensis augusti, Saxones castra a Gedano amoverunt, reversi in Saxoniam: relicto praesidio forti in Minda fortalitio. Et ad initium sept. tandem et Moschi a Gedano recesserunt, progressi primo Thorunium, inde in Germaniam, in succursum Imperatoris adversus Gallos: quibus multos currus et equos pro vecturā in abitu dare debuimus

Dantesca 6.

quorum aliquot nunquam reversi sunt.

In octobr. prope Grabowo transeuntes ex Marienburgo in Saxoniam reliqui Saxones 500 extorserunt 1 bovem, 40 mod. avenae, foenum et 30 equos na podwode.

Eodem mense dare debuimus Commissariis consuetas hybernas 2666 flor. 5 gr. monetae Polon. item de bonis cartusiae pobory consueta.

In nov. Mosci Thorunio extradiderunt litteras universales proportionibus et rationibus menstruis praestandis: et cartusiae nostrae assignatae fuere 10 portiones et 6 rationes.

Accessit ad has angustias, quod per 5 menses stante obsidione Gedanensi, nulla inde necessaria haberi potuerint, et defectus salis quam maxime pauperes afflixit homines. Excucurrit P. Procurator mense Aprili in Pomeraniam Leoburgum, mense maio Dirsaviam, Mariaeburgum, Elbingam pro coemendo sale, vino ad Ecclesiam (Patres in conventu nullum vinum a septuagesima usque ad minutiones generales in Julio, praeterquam in die Coenae Domini, primo die Paschae, Pentecostes et Ssmi Corporis Xti acceperunt) aliisque rebus summe necessariis, verum nonnisi Nestichii a quodam Pistore accepit, quod plerumque pauperibus subditis (qui longo tempore sine condimento salis cibos sumpserant) distributum fuit, iisdem ex granariis Monasterii et siligo pro pane, hordeum, avena et pisa pro conseminatione data fuerunt, nihilominus agri multi in villis nostris deserti jacuere. Hoc unicum hac tempetaste emolumentum Cartusia nostra habuit, quod ex Braxatorio Belkoviensi 500 tonnae cerevisiae ad castra Moscovitica prope Gedanum advecta et bene soluta fuerint. Haec de bello anni praesentis 1734. –

Die 17 Jan. fuerunt Cartusiae Episcopi et Libertationes Regis Stanislai, Ducis Weissenfels, Generalis Lacy.

§. Die 16 maii ad stagnum Sadliska in rure Pracoviensi capta est Lynx, animal vix antea visum.

Die 26 junii obiit ad cathedram Varmiens. Fraumburgi Illmus et Rmus DD. Godefridus Henricus L. B. ab Eulenburg, Dnus in Golingen, Eingen etc... Canonicus Varmiensis, Scholasticus Camenecensis, vir olim lutheranus et Colonellus Regis Prussiae, ex pia consortis suae (quae erat catholica) praeparatione ad mortem conversus, illico post mortem ipsius Romam profectus, ibidem in manus Clementis Papae XI professionem Fidei catholicae fecit: a quo vicissim primam tonsuram et 4 ordines minores ac simul scholasteriam Camenecensem accepit. Inde reversus cum in terris Prussiae ferme ubique locorum pestis grassaretur, divertit ad Cartusiam nostram

ibidemque per annum integrum in Cella litt. A hospitatus est: chorum die accepta simul
cum conventu frequentans, cibis conventualibus contentus, et in religione amussim ad normam
Ordis cartusiensis vivens. Assecutus demum SS. Ordines majores, ibidem Cartusia sacras prim
festo S. Barnabae April. 1710 celebravit et totum ven. Conventum solemniter ad prandium in
tractavit. Abhinc semper cilicio et tunicella cartusiensibus indutus nudus, et coram de
lectisternii utens, ad beneficia, quibus provisus erat, progressus est, singulis tamen anni
ad cartusiam nostram regressus, ibidem per dies aliquot ritu cartusiano vivit. S. P. N. Bruno
singularissime devotus, in ipsius honorem basilicam Sacella Varmiae, unum prope Ecclesiam
cathedralem, alterum in villa Wuslak erexit et ad eadem Beneficiatos instituit. Mo
ex asse mendicos et pauperes fortunae suae haeredes adscripsit: legavit nihilominus cart
nostro calicem cum patena ex auro puro (ponderis 150 ducatorum) ampullas cum pelvi ex arg
deauratas, et pretiosas casulas Romae acu pictas cum velo et bursa alti et nubi coloris
mille florenos. Hanc vita pariter nonnulla dona contulit monasterio, sepultus est
cathedralem Ecclesiam Varmiensem in Sacello Ste Brunonis. Habuit participationem O
et in Charta Capitulari gen. 1736 talem commemorationem mernit: = ob. Perillustris ac Rmus DD. G
Hens. Baro ab Hulenbourg, canonicus cathed. Varmiensis, scholasticus Kamenecensis, Dynas
in Golinges etc. singularis amicus Ordinis et domus Dantisci Benefactor amplissimus, ha
miss. de B. Mae hes tot. Ord. et annive. perp. scrib. in Roland. dom. nel die obitus mei qui fuit
junii anni 1734. =

Die 3 aug. investitus est Fr. Franc. Karszkowicz, Marioeburgensis, pro Donato.

Die 15 aug. invisit Cartusiam nostram Ill^mus et R^mus DD. Mich. Remigius Laszewski
Episcopus Maurensis, suffraganeus et Praepositus Varmiensis, et die 17 aug. in octava S. L
entii Martyris idem Gedani in Ecclesia Birgittanorum ordinavit D. Dionysium Hoffm
in Presbyterum, et Fr. Nicolaum Bartnicki in subdiaconum.

Die 20 aug. in cellatus est Josephus Milkau, natus Heilbergae 20 feb. 1714

Die 8 sept. D. Dionysius Hoffman celebravit primitias.

Die 21 sept. investitus est Josephus Milkau pro novitio clerico.

In munificentissimis genesibus mense sept. venerunt cartusianos 10 Patres Oliv enses
omnes musici, qui cum Patribus nostris per triduum spatiamenta frequentarunt, eosque
modulamine musico recrearunt,

simul
Norman
nas primitiv
rand ium
orundem
en annis
. Brunoni
lesian
it. Moriens
s cartusia
i ex argent
coloris ac
tus est ad
onem Ordin
s DD. Gaud
Dynasta
nus, habens
fuit 26

laszewski
ava S. Laur
Hoffman

1714.

ienses,
eorque

Die 27 dec. hora 7 vesp. post longam infirmitatem ex phthisi obiit D. Henr. Huberti, Coloniensis natus 11 nov. 1696, professus in hac domo 22 julii 1720, quondam hospes Berezoe, sepultus 29 dec. et fuerunt duoe missoe celebratoe.

Schema conventus ad finem anni 1734. —

1. — D. Ioan. Marx, Prior
2. — D. Ioan. Weyer, Vic.
3. — D. Anthel. Lyon, Vice Antiq.
4. — D. Georg. Schwengel Procur.
5. — D. Albertus le Vasseur } pr. P.
6. — D. Carolus Lyon }
7. — D. Laur. Brandt, Instructor novitior.
8. — D. Bruno Kadau, Sacrista
9. — D. Bened. Anserowski, hosp.
10. — D. Bern. d'Elgleize } pr. P.
11. — D. Andr. Kuchinka }
12. — F. Iac. Streithagen, inclusus
13. — D. Hugo Steiner — } pr. P.
14. — D. Dionysius Hoffman }
15. — D. Mich. Bartnicki, subdiac.
16. — F. Iosephus Milkau, novitius
17. — F. Ioan. Gerdt, conv.
18. — F. Franc. Karszkowicz, Donatus.

— 1735. —

Bella premunt hostilia ‖ Da Iesu robur, fer auxilia.

Die 8 Ian. P. Procurator iter ingressus, die 10 jan. interfuit Starogardioe congressui Palatinatus Pomeraniae intuitu repartitionis contributionis a Moscis indictoe; qui proetendebant a dicto Palatinatu 1000 portiones et 500 rationes per mensem; ex his impositoe fuerunt bonis cartusioe 5 portiones et 5 rationes, villoe Kontz 1 portio et ½ ratio, villoe Staukowo ½ portio.

Die 11 jan. idem P. Procurator Starogardiā vit Thorunium, ibidemque assignatas portiones et rationes Moscis pro 3 mensibus exsolvit, nempe flor. 402 gr. 7.

Circa finem Aprilis Poloni 800 ductoribus Zawadski Capitaneo Rauensi et Colonello Hahn invaserant Capitaneatum Bernensem et Mirachoviensem, pervenerantque jam in villam Lapalice medio a cartusia milliari; sed iis occurrerunt Gedanō 150 Mosci et nostro commodo disperserunt. Dicti Mosci ductore Gasparo Hanman Vice colonello (consobrino P. Procuratoris nostri) die 28 apr. pernoctarunt in villa nostra Kulpino, inde postridie per Gorenczin, Golube progressi Bernam. Die autem 5 maii idem per Capitaneatum

Mirachoviensem fugatis Polonis, pervenerunt cartusiam, inde sumpto brevi prandio, processerunt Kielnam ad noctem.

Die 11 junii venit ad domum nostram cum obedientialibus a V^do P. Visitatore, D. Bruno Schindler, Olomucensis, prof^us Dr Gidlensis, Diaconus, natus 8 apr. 1712, prof^us 13 oct. 1733.

Die 13 junii hinc abivit D. Bened. Anserowski, prof^us Dr Gidlensis a 6 annis apud nos hospes, remissus per obedientiam a V^do P. Visitatore ad domum professionis suae.

Mense maio, 4 legiones Moscorum duce generali de Vrusow Mevam, Dirsaviam y occuparunt et mox contributiones per totum Palatinatum Pomeraniae indixerunt. Hac vice bonis cartusiae impositae fuere portiones 10, villae Konty 2, Slaukowo ½, quas in natura pro tribus mensibus praestitimus. Portio una per mensem erat: 1 mod. farinae, 30 ℔ carnium a 2 gr. 4 stoffae pultium et 2 ℔ salis. Mense julio hae legiones abivere, progressi in Germaniam contra Gallos.

Die 13 Jun. Towarziszi Poloni venerunt Cartusiam et producta assignatione a R^mo D. Wysocki Canonico Vladislaviensi, hybernarum Commissario, exegerunt hybernam anni 1734, non obstante desolatione bonorum nostrorum; quam eodem die (ut quanto cius ab his importunis hospitibus liberaremur) illis solvimus, nempe 1475 flor. Pruthm. et pro quietatione 22 flor. ac 10 modios avenae.

§ Die 13 julii sub missa conventuali per chartulam super tabulam positam, ac decumbente V. P. Priore instituti sunt D. Bernardus d'Elgleize in Vicarium (absoluto ab hoc officio D. Joanne Weyer) et D. Hugo Steiner hactenus subsacrista, in coadjutorem (quod officium ab annis 7 vacaverat) ac D. Dionysius Hoffman in subsacristam. Chartula sic sonabat: = Pro majori pace et communi bono, spe fretus et conscientiâ motus, instituo etc.. =

+ Die 28 julii hora 10 noctis, sacramentis Ecclesiae pie munitus, obiit pie in Dño V. P. Joannes Marx Prior hujus domus, vir sobrius et vigil. Laboravit a Dominica Palmarum Cachexiâ et per eandem finivit vitam suam anno aetatis 64, prof^us 35, Prioratus 8. Egit olim vicarium, Procuratorem et coadjutorem hujus domus. Plura de eodem vide supra

Die 30 julii V. P. Prior sepultus est. Post sermonem funebrem, mox itum fuit ad commune colloquium, ibidemque quaesitum a P. Vicario, an ven. conventus de novo Priore provideri sibi velit per viam electionis aut provisionis? Cumque omnes vocem habentes respondissent se viâ electionis hoc in negotio procedere velle, mox duplices litterae cum omnium subscriptione

ad vene^dos Patres Visitatores datae et 3 aug. Gedani postae commissae sunt.

Circa finem mensis Aug. P. Procurator profectus est Fraumburgum ad Ecclesiam Cathedralem Varmiensem, adrecipiendas res per testamentum a piae memoriae Illmo et R^mo D. Barone ab Eulenburg Canonico Varmiensi (de quibus supra a^o 1734) nostrae domui inscriptas: quas integerrime ac amussim ab Executoribus testamenti recepit. Inde idem P. Procurator redux, ad initium mensis sept. divertit Mariaeburgum ad conventum Generalem terrarum Prussiae, ibidemque conjunctim cum deputatis Monasteriorum Olivensis, Pelplinens. statibus et ordinibus incendia desolationes aliaque damna per milites bonis illata exposuit, et relaxationem a contributionibus militaribus petiit; verum nec Ill^mus Episcopus Vladislaviensis, nec R^mi Abbates Olivens. et Pelplinens., neque cartusia nostra in hisce desideriis exaudita est.

Die 9 sept. Ven. Conventus ad suas litteras a V^do P. Convisitatore D. Jacobo Klapper Priore d^s Freidnicensis responsorias accepit: quibus spopondit, se postposita domorum ordinis in Austriâ visitatione, cui accinctus erat (nam ipsemet V^dus P. Visitator principalis D. Josephus Kristeli Prior d^s Gemnicensis, prope octogenarius, hujuscemodi itinera et onera subire jam non poterat) cum socio D. Anthelmo Fournier Priore d^s Olomucensis, circa medium sept. huc venturum et electioni novi Prioris praefuturum. Datae fuerunt litterae hae Gemnico 26 aug. 1735.

Die dominica 11 sept. D. Mich. Bartnicki ab Illmo et R^mo DD. Christophoro Antonio in Stupow Szembek Episcopo Vladislaviensi Gedani in Ecclesiâ Birgittanorum ordinatus est Diaconus. Die 15 sept. ad meridiem venerunt Gorenczinum duo vexilla saxonum, qui ibidem in alterum diem steterunt et victum pro se ac pabulum pro equis exegerunt, tandemque acceptis 42 equis na Podwode Zukoviam progressi sunt.

§ Sub hac belli tempestate, vix quid gravius domui nostrae accidere potuit, quam orbari Pastore. Et quamvis Patres nostri vocem habentes mox a morte piae memoriae D. Joannis Marx Prioris V^dos PP. Visitatores ad praesidendum electioni novi Prioris per litteras invitaverint, parva tamen illis spes de ipsorum adventu supererat. Praeter id enim, quod mense Augusto ex Poloniâ per Silesiam, Bohemiam & ad Rhenum adversus Gallos exercitus Moscoviticus 12000 capitum iter faceret, magni motus per loca, viae parum securae in Poloniâ erant; sed rerum Deus tenax vigor, immotus in se permanens, non obstantibus tot et tantis difficultatibus, disposuit omnia suaviter, fecitque quod litterae nostrae de orbitate domûs, V^do P. Convisitatori in itinere ad visitandas domus Provinciae constituto occurrerent: quid

...m ibidem super hoc negotio cum V.o P. Visitatore,
...itator, intermissis visitationibus domorum, assumpto
...ucensi, Gedanum ad praesidendum electioni prius
...properavit ollomucium, inde vero assumpto D.
...viam, Francofurtum, Stolpam, mutatis in singu-
...d noctem pervenit salvus ad domum nostram.
...es pausationi et quieti dederunt, Die vero 23.
..., scrutantes singulorum mentes circa electionem

... ad horam septimam promissis privatis et horâ
(quam ipsemet V. P. Convisitator celebravit)
...d Capitulum itum et praemisso sermone, lectisque
...tes erant 11 nempe:

7. – D. Bruno Kadau, sacrista
8. – D. Andr. Kuchinka, m. D.
9. – D. Hugo Steiner, coadj.
10. – D. Dionysius Hoffman, subsacrista
11. – D. Mich. Bartnicki, Diac.

D. Albertus le Vasseur, aeger, non interfuit.
...in primo scrutinio inventi fuere sex electi: quorum
... unum votum habebant. Rotulis combustis
...sus commonitione, de non illudendo Spiritu Sto
...secundam votationem descensum est: in qua
...votantium excedente, electus est in Priorem
...usator ejusdem. Dies oppositionis contra
...i concessi fuere.

...a 9a convenientibus omnibus, etiam vocem

es pausationi et Quieti dederunt, Die vero 23.
, scrutantes singulorum mentes circa electionem

ad horam septimam promissis privatis et horâ
(quam ipsemet V. P. Convisitator celebravit)
ad Capitulum itum et praemisso sermone, lectisque
tes erant 11 nempe:

7. – D. Bruno Kadau, sacrista
8. – D. Andr. Kuchinka, m. D.
9. – D. Hugo Steiner, coadj.
10. – D. Dionysius Hoffman, subsacrista
11. – D. Mich. Bartnicki, Diac.

D. Albertus le Vasseur, oeger, non interfuit.
in primo scrutinio inventi fuere sex electi: quorum
unum votum habebant. Rotulis combustis
sus commonitione, de non illudendo Spiritu Sto
secundam votationem descensum est: in qua
votantium excedente, electus est in Priorem
usator ejusdem. Dies oppositionis contra
i concessi fuere.

a 9a convenientibus omnibus, etiam vocem
emissis praemittendis, Neo-Prior a Praesidibus
illico in stallum Prioris ab eisdem introductus
instructione Vdi P. Convisitatoris) Neo Prior sedens

homagium obedientiae ab omnibus prof.is D.s, hospitibus, conversis et donatis, ad formam Statuti, excepit. Deinde Prior hymnum Te Deum laudamus intonavit: quo finito P. Vicarius ad pulpitum preces: Salvum fac servum tuum & mitte ei auxilium de sancto etc. cum oratione, Deus cujus misericordiae non est numerus, dixit, Postea praecedente Priore comitantibus ex utroque latere DD. Praesidibus, et sequente toto Ven. Conventu, processum fuit foras per aream ad cameras hospitum: ubi sedentibus DD. Praesidibus ac Neo-Priore, stante Conventu, V.dus P. Convisitator germanica linguâ denuo sermonem habuit ad fratres Laicos, familiam, scultetos, villicos, Arendatores Monasterii (qui ad id convocati fuerant) et sub ipso sermone, singularibus coeremoniis, Neo-Priori primum sigillum majus, secundo claves ad Prioratum, tertio Protocollum monasterii tradidit: ad finem injungens scultetis etc. ut genuflexo et osculo manuum homagium Neo Priori praestarent, quod illico factum est.

Demum pransum est in Refectorio. Post prandium Ven. Conventus et hospites in Prioratu collecti, diei reliquum laetitiae dedicarunt. In area vero ante Prioratum, sub dio mensa strata fuit pro scultetis, villicis etc... ibidem faustum regimen Neo Priori acclamarunt.

Die 30 sept. alte nominati DD. Praesides electionis, comitante eos Neo Priore et P. Coadjutore, sumpto brevi jentaculo, hinc per olivam, Gedanum abiverunt; inde vero die 4 oct. circa horam 5 vespere recedentes, per Pelphinum, Thorunium, Gnesnam, Vratislaviam, reliquum iter ad proprios lares prosecuti sunt.

Actus visitationis domus nostrae hac vice non fuit celebratus; quod R.mus P. Generalis reprobavit. Neo Priori duntaxat pauca monita a V.do P. Convisitatore data sunt. Praesidium hocce electionis domui nostrae haud parvos extraxit sumptus; cum enim hoc iter per postam mutatis in singulis stationibus equis susceptum fuerit, sic juxta regestum solvere debuimus pro vectura et viatico 3153 flor. 11 gr. pro reparandis 2 rhedis 104 flor. pro vino, victualibus ad viam retrorsum ... 111 flor. 24 gr. Gedani per dies 5 consumpti 103 flor. servis honoraria dati data? 92 flor. facit in summâ 3564 fl. 5 gr. monetae Truthen.

Die 5 oct. Prior domum rediit.

Idem in accessu ad Prioratum res temporales in afflictissimo statu reperit: villae Quadendorf

et Gdingen a° 1734 sub obsidione Gedanensi, a Moscis combustae, adhuc in cineribus jacebant, in aliis villis Rustici per milites frumentis, pecoribus et omni ferme substantiâ spoliati, curias suas dimiserant, alibi labore manuum panem quaerentes, reliqui superstites per bellum attriti, in magna egestate vivebant, praedia frumentis et pecoribus multum destituta, et aedes nostrae intra urbem Gedanensem ex oppugnatione conquassatae erant. In ipso monasterio pariter nonnulla aedificia prae vetustate ruinam minabantur; quare V^dus P. Convisitator inter monita Neo-Priori dedit, ut cellas nonnullas ruinae proximiores quantocius restaurari faceret. Pecuniam in Prioratu repertam, Neo Prior ex asse tradidit ad arcam communem nempe 15000 flor. Truthen., contentus ex iis pecuniis quae in Procuratura supererant, moxque animum applicuit ad restaurandas aedes in villis et praediis, et reinducendos colonos. (haec ab anno 1711 usque ad an. 1735 excerpta sunt ex Schwengel 2. 1 Apparatus passim a pag. 414 ad pag. 532 et in cop. Cart^ae a pag. 670 ad p. 770)

Die Dni 1758, die 10 Junii, circa horam septimam mane advenit ad domum nostram Paradisi B. M. V. Ill.mus et R.mus D. D. Fabianus Franc. Plonskowski Episcopus Martyriensis (in sutra) suffraganeus, Archidiaconus, vicarius in spiritualibus et officialis generalis Culmensis, et hora 8a missam privatam ad altare SS. Apostolorum Ecclesiae nostrae conventualis celebravit. Assistentes habuit A. R. D. Zielenieuski notarium ven. consistorii Culmensis et sacerdotes e sac. congreg. Missionis ad S. Adalbertum RR. PP. Ludolphum Sikora Bohemum et .....

Post prandium idem Ill.mus Episcopus cellas aliquot in conventu et Bibliothecam ma praesentia condecoravit; Assistentes vero theologi ad examen deinceps processerunt.

Die vero 11 junii, quae fuit Dominica 4.a post Pentecosten, idem Ill.mus Episcopus ad idem Altare hos pontificales actus solemniter obivit, habitis amplissimis facultatibus ab Ill.mo Loci ordinario Episcopo Vladislaviensi et Pomeraniae.

Regestrum confirmatorum:

Ven. Laurentius Jantza, studiosus ex Szottandia.

V. Fr. Andreas a S. Alexandro, ordinis Carmelit. conventus Gedanensis.

V. Fr. Gerardus a S. Simone, ordis ejusdem et conventus.

Fr. Franc. Antonius Karzkowski, Donatus cartusiae Paradisi B. M. V.

Casimirus Anton. Jagielski, saecularis

Regestrum Ordinatorum: ad primam tonsuram et 4 minores ordines.

V. Joan. Zaręba, clericus saecularis dioec. Pomeraniae.

V. Laur. Jantza . . . .
V. Matthias Radmerowski } dioec. ejusdem, clerici saeculares.
V. Franc. Machajewski

V. F. Faustinus a S. Salvatore, ordinis Carmelitarum, conventus Gedanensis.

V. F. Victor a S. Antonio —
(2) V. F. Faustus a S. Francisco
(1) V. F. Adamus a S. Stanislao } ejusdem ordinis et conventus.
V. F. Andreas a S. Alexandro
V. F. Gerardus a S. Simone

V. F. Liliarus Richter, S. ordinis Praedicatorum conventus Gedanensis

V. F. Lucas Müller, ejusdem ordis et conventus.

Para
otra)
a
ist.
ac.

Loc

V. F. Matthaeus Czechowicz
V. F. Onuphrius Dyttloff — } ejusdem ordinis et conventus.

Ad Subdiaconatum

V. Andr. Sztoba, Dioec. Pomeran. ad titulum provisionis circa Ecclesiam ~~Parochialem Oxiviensem~~ Praepositurale Skarszewiensem

V. Albertus Rykowski, Dioec. Pomeran. ad titulum provisionis circa Ecclesiam Parochialem Oxivie

V. F. Basilius Kuhn, Melsacensis, Ordis Praedicatorum, conventus Gedanensis
V. Fr. Philip. Kelmer Ordis SSmi Salvatoris, conventus Gedan.
V. Fr. Andr. Gievel, ordis et conventus ejusdem
V. Fr. Hyacinthus Przeradowski, Ordis Sti Franc. Reform. conventus Sztolcenberg
V. Fr. Joachimus Mowinski, ordis et conventus ejusdem . . . . . } ad titulum pauperta

Ad Diaconatum.

V. Fr. Godefridus Kraiewski, S. ordis Cartusiensis, Conventus Gedanensis.
V. Fr. Georg. Czerwinski, S. ordis Praedicat. conventus Gedan.
V. Fr. Cajetanus Mrozicki, Ordis Sti Franc. Reform., conventus Sztolcemberg.

Ad Presbyteratum.

V. Fr. Quintilianus Ustarbowski, S. ordis Cisterciensis, conventus Olivensis
V. Fr. Xaverius Briscorn —
V. Fr. Adalbertus Poschman
V. Fr. Cajetanus Siemierowski
V. Fr. Dominicus Wagner — } Ordis et conventus ejusdem
V. Fr. Chrisostomus Kosowicz, Ordis Sti Franc. Reform. conventus Sztolcemberg.

Duravit hic actus ordinationis horis 4: cui praeter ordinatos interfuere singulorum Superiores conventuum, nempe:

Ex conventu Olivensi S. ordis Cisterc. A. R. P. Florianus Busch, Supprior
Ex conventu Gedanensi Ordis SSmi Salvatoris A. R. P. Paulus, Prior.
Ex conventu Gedanensi S. ordis Praedicat. . . A. R. P. Magister novitiorum.
Ex conventu Gedanensi S. ordis Carmelitarum A. R. P. Bartholdus a S. Petro, Diffinitor et Vicarius
Ex conventu Stolcenberg S. Ordis Reform. . . A. R. P. Ephrem Ochocki, Guardianus.

Qui omnes cum suis ordinandis pridie Cartusiam advenerant et a Cartusianis religiosis

n alem
~~Oxiviensem~~

m Oxiviensem

paupertate

rum

o-Vicarium

o ista

charitate exempti sunt. Interfuerunt alias huic actui etiam viri aliquot nobiles.

Die 12 junii, idem Ill^mus Episcopus celebravit missam in Ecclesia inferiori S. Catharinae et unus ex RR. PP. Missionariis catechismum ad populum habuit, Sacerdotes alii confessiones populi exceperunt. Ad vesperas ejusdem diei Ill^mus Episcopus in eadem Ecclesia S. Catharinae sermonem habuit ad populum, ac centum homines confirmavit; qui actus usque ad horam septimam se extendit.

Registrum Confirmatorum.

Nomen Baptismi	Confirmationis	Cognomen	Patrini
Michael	Josephus	Labonkowski, Pistor	R. D. Ludolphus Sykora mis
Stanislaus	Antonius	Stefanowski, Auriga Pionis	id.
Martinus	Mich.	Butowski	id.
Valentinus	Joan.	Szymowski, Tabernator	Mich. Labonkowski
Jacobus	Nicolaus	Rytkowski	R. D. Ludolphus missiona
Adalbertus	Bernd.	Stefanowski	Sebast. Gupersk, Villicus.
Adalbertus	Joseph	Gupersk, Villicipilius	Mich. Labonkowski, Pistor
Martinus	Joan. Nepomuc.	Rossenowski	Joseph Bobrowski, Piscator
Martinus	Josephus	Ruzinski	Paulus Morawski, Inspector
Simon	Lucas	Peszniski	Joseph Bobrowski
Mich.	Paulus	Gupersk, Villicipilius	Jacobus R. Kutkowski.
Josephus	Joan.	Bobrowski	Mich. Labonkowski.
Franc.	Adalbertus	Baczkowski	Adalbertus Gupersk
Josephus	Valentinus	Stefanowski	id.
Antonius	Michael	Szlumski	Franc. Kutkowski,
Adamus	Joseph	Stefanowski	Martinus Rusolowski.
Bruno	Franc.	Dybalowski	Franc. Kutkowski,
Martinus	Simon	Kratzkowski	Jac. Rusalowski,
Balthasar	Paulus	Jogust, Rotarius	Simon Peszniski
Jacobus	Mich.	Brzostkowski	Valentinus Szymowski
Martinus	Joseph	Rusolowski, Aerularius	Adalbertus Stefanowski.
Matthias	Antonius	Rusolowski, Piscator	Jac. Stefanowski.

tharinae,
Dessiones
tharinae
) Loram

Korâ missio

Kowski
missionari
llicus.
; Pistor-
Piscator
spector-
ki
ki.

ki
ki.

Nomen Baptismi —	Confirmat.	Cognomen	Patrini
Matthias	Ant.	Witkowski, Coci filius	Matthias Rusolowski.
Joan.	Franc.	Witkowski, Coci filius	Martinus Rusolowski.
Adalbertus	Paulus	Sztromowski	Josephus Luzynski.
Nicol.	Josephus	Witkowski, Cocus	Anton. Sztromski
Joannes	Valentinus	Czuperski	Paulus Mazowski.
Joan.	Nicolaus	Peszniecki	Martinus Butowski.
Mich.	Adamus	Jakusta	Joan. Peszniecki.
Valentinus	Josephus	Rusolowski	Anton. Stromski.
Franc.	Antonius	Czuperski, Villici filius	Jac. Stepka.
Adalbertus	Mich.	Wessowski	Matthias Rusolowski
Adalbertus	Mich.	Plichta	Simon Peszniecki
Andr.	Bruno	Ulnicki	R. D. Ludolphus Sykora
Jac.	Joachimus	Rusolowski	Balthasar Joguat.
Andr.	Josephus	Czuperski, Villici filius	Nic. Witkowski, Cocus.
Laur.	Jac.	Plichta	Martinus Butowski
Christoph.	Jac.	Borkowski	Martinus Cierpiatkowitz
Jac.	Adalbertus	Dybalowski	Jac. Brzoszkowski.
Valentinus	Josephus	Buczkowski	Bruno Dybalowski.
Valentinus	Anton.	Kranczkowski	id.
Mich.	Anton.	Rossolowski	Nic Witkowski.
Josephus	Nic.	Mekkowski	Jac Brzozkowski
Paulus	Petrus	Rutkowski, Braxator,	Balthasar August.
Josephus	Franc.	Lyskowski	R. D. Ludolphus Sykora
Adamus	Joan.	Jancyzkowski	Andr. Ulnicki
Matthias	Joan.	Buczkowski	id. —

Magdalena	Anna	Czuperska Villica	Barbara Jakussikowa
Mariamna	Barbara	Rossolowska	ead.
Constantia	Mariamna	Rykalska Sartoris uxor	Elisab. Buczkowska
Mariamna	Anna	Flisikowa	id.

h.
h.

ocus.

Roxia

Ra

nomen Bapt.	Confirm.	cognomen		patrini
Susanna	Theresia	Rutkowska	Brazetia	Magdal. Dybalska
Anna	Marianna	Dybalska		Marianna Flissikowa.
Catharina	Barbara	Dybalska		ead.
Elisab.	Marianna	Pyszkowska		Marianna Dybalska
Magdal.	Cathar.	Witkowska		Susanna Rutkowska
Cathar.	Barbara	Morawska		Marianna Pyszniecka.
Anna	Marianna	Buczkowska		Magdal. Gupienska.
Marianna	Anna	Pyszniecka		ead.
Constantia	Eva	Heymowska		Elisab. Pyskowska.
Anna	Barbara	Owzniecka		Marianna Rosolowska.
Marianna	Anna	Dybalska		Rosalia Kaczkowska.
Eva	Marianna	Stomzka		Marianna Pyszniecka ~~Constantia Rutkowska~~
Marianna	Anna	Buczkowska		Constantia Rutkowska
Marianna	Anna	Rosolowska		Eva Sztomska
Eva	Barbara	Liszkowska		ead.
Anna	Marianna	Augustowna		Marianna Rosolowska
Marianna	Cathar.	Nikiissowa		Susanna Rutkowska.
Magdal.	Cathar.	Augustowna		Constantia Heymowska.
Dorothea	Eva	Luskowska		Rosalia Buczkowska.
Marianna	Anna	Witkowska		Eva Buczkowska.
Susanna	Magdal.	Hepkowa		Marianna Flissikowa.
Eva	Barbara	Hofanowska		Eva Liszkowska.
Marianna	Anna	Flissikowa		Susanna Hepkowa
Rosalia	Eva	Hepkowa		Eva Flissikowa.
Hedwigis	Cathar.	Pyszniecka		Eva Pyszniecka.
Magdal.	Eva	Jakusikowa		Susanna Hepkowa.
Marianna	Anna	Rosolowska		Hedwigis Pyszniecka
Marianna	Anna	Luszkowa		Marianna Rosolowska.
Marianna	Cathar.	Buczkowska		Marianna Augustowa.
Magdal.	Cathar.	Stukowska		Marianna Buczkowska.

balska
wa.

ka
ka
ka.
a.

ska.
a.
a
a
ka

wska
ka.
ska,

a.

ka.

Nomen Bapt.	Confirm.	Cognomen	Patrini
Catharina	Barbara	Strukowska	Marianna Dybalska
Barbara	Cathar.	Flisikowa	Marianna Buczkowska
Agnes	Eva	Strukowska	Marianna Gracka
Constantia	Magdal.	Dybalska	Anna Owsznicka.
Marianna	Anna	Plichtowa	Eva Jakusikowa.
Marianna	Cathar.	Jęczykowska	Marianna Pyrznicka.
Cathar.	Marianna	Staykowna	Marianna Gracka.
Rosalia	Elisab.	Rossolowska	Marianna Rossolowska.
Anna	Barbara	Rossolowska	Magdal. Rossolowska
Magdal.	Rosalia	Rossolowska	Magdal. Augustowa.
Anna	Cathar.	Labonkowska	Marianna Buczkowska.
Rosalia	Magdal.	Kaczkowska	Marianna Rossolowska.
Magdal.	Catharina	Lyszkowska	Anna Labonkowska.
Marianna	Anna	Burbikowska	ead.
Anna	Marianna	Dybalska	ead.
Eva	Anna	Grędzicka	Agnes Gracka.
+ Josephus	Joannes	Kaczkowski	Joannes Wtkowski
Thomas	Andreas	Mozuchowski	Josephus Niklowski.

Die 13 junii in festo S. Antonii de Padua, Illmus Episcopus celebravit missam in Ecclesia Conventuali ad Altare SS. Apostolorum, ibidemque rursus confirmavit et ordinavit sequentes:

Regestrum Confirmatorum.

Ephraim	Bruno	Delaminski, Chyrurgus	V. P. Joannes Weyer Vic. D.
Martinus	Michael	Sturzinski, Auriga	Paulus Morawski.

Regestrum Ordinatorum. ad Diaconatum:

V. Fr. Hugo Brunner S. O. Cartus. Conventus Gedanensis

V. Fr. Joachim Bayer S. Ordis Cartus. Conventus Gedanensis

Ad Presbyteratum.

V. Fr. Eusebius Glockner }
V. Fr. Godefr. Kraiewski } S. Ordis Cartusiensis Conventus Gedanensis.

rca vesperas à nobis recessit, ivitque Zukowiam
r, et Deus conservet in seros annos incolumem.
junii 1758 idem Illmus Episcopus solemni ritu Eccles
ii dedicavit.

Patrum Reformatorum in Stoltzenberg.
junii, Ecclesiam renovatam post incendium in civitate
s, tamque immensos labores in hac et futura vita
Amen.

m celebravit primitias V. P. Eusebius Glöckner
avit primitias V. P. Godefridus Krajewski.
chi, Cosacci, Calmuci ex Pomerania superiori
fuerunt, manseruntque ibidem usque ad Pentecostes
ansiit, quin Cartusiam nostram hoc gentes visita
esse fuit illis toties quoties cibum et potum, et
habuerunt Olivae, Matern, Lyzen, Zuchoviae,
arszeviae. Pedites vero Moschi stationes habuerunt
gfurt, Stries, Dirsaviae, meviae, Meoburgi,
graves admodum tum monasterio nostro, tum
s fuerunt. Insuper a Dominica quinquagesimae
ant 150 Hussari Moscovitici, qui pariter singulis
minori numero Cartusiam venerunt, et quater
ibutiones pecuniarias hi milites extorserunt, sed
uras (Podwody) praetenderunt.

---

59. –

Joan. Georgius Schultz Hygiaeiae ...

s, tamque immensos labores in hac et futura vita
Amen.

n celebravit primitias V. P. Eusebius Glöckner
avit primitias V. P. Godefridus Krajewski.
chi, Cosacci, Calmuci ex Pomerania superiori
fixerunt, manseruntque ibidem usque ad Pentecostes
ansiit, quin Cartusiam nostram hoc gentes visita
esse fuit illis toties quoties cibum et potum, et
habuerunt Olivae, Matern, Lezen, Zuchoviae,
arszeviae. Pedites vero Moschi stationes habuerunt
gfurt, Stries, Dirsaviae, meviae, Meoburgi,
graves admodum tum monasterio nostro, tum
s fuerunt. Insuper a Dominica quinquagesimae
ant 150 Hussari Moscovitici, qui pariter singulis
minori numero Cartusiam venerunt, et quater
ibutiones pecuniarias hi milites extorserunt, sed
uras (Podwody) praetenderunt.

---

759. –

, Joan. Georgius Schultz Horologiarius et serarius,
Abbatiae Neocellensis, anno aetatis 30, natus

i incellatus est pro clerico Anton. Josephus Hyacynthus

- 1759 -

Böttcher, Logicus, Gedani patre Coriario natus 1741 die 19 martii.

Die 19 junii nocte circa medium decimae obiit D. Franc. Schönfeld, prof.us D.nostrae, diaconus natus Guttstadii civilibus parentibus in Varmiâ 5 oct. 1725, prof.us 21 nov. 1751.

Die 22 junii circa meridiem habitum Ordinis accepit Fr. Anton. Bottcher paulo superius nominatus.

Die 5 nov. Zukoviae in Ecclesia conventuali VV. Fratres Hugo Brunner et Joachimus Bayer Diaconi, ab Ill.mo R.mo DD. Fabiano Haskowski Episcopo Martyriensi suffraganeo Culmensi ordinati sunt in Presbyteros.

Die 17 nov. festo S. Hugonis Lincolniensis V. P. Hugo Brunner celebravit primitias.

Die 21 nov. festo Praesentationis B. M.ae V.is Joachimus Bayer celebravit primitias.

Ante natalem X.ti binae cohortes Husarorum Ruthenorum fixerunt stationem hyemalem in villis nostris Grabowo, Grabowko, Klobuczino y quibus pabulum nempe avenam et foenum pro equis ac cibum pro hominibus ministrare debuimus: Fuerunt admodum graves tum ipsi monasterio, tum pauperibus subditis nostris.

- 1760 -

Die 24 Februarii post multas tribulationes et graves exactiones antedicti Husari Muldavici Regimenti, tandem ex Grabowo et Klobuczin recesserunt, transeuntes Stolpam, Leoburgum in Pomeraniâ: quibus pro vectura multas trahas et equos dare debuimus

Die 30 Aprilis Fr. Joan. Georgius Schultz Donatus accepit habitum.

(Haec ab a.o 1758 ad an. 1760 excerpta sunt ex Schwengel T. 1 Apparatus p. 519 et s. cop. Cart.ae p. 747 et seq.)

diacon

perius

himus

o

es.

gemalen

ns et

graves

lavici

burgun

cl. seq.

Nunziatura di Polonia vol. 16.

fol. 140 — 31 Maii 1579.

(Il Vescovo di Cuiavia al Nunzio Caligari in Polonia)

..... Quae ad me hisce diebus Religiosus quidam ex Monasterio Cartusien. in diocesi mea, de Abbate Oliven. detulit, mitto Rmae. Dni Vestrae, nihil dubitans eam Monasterio illi consilio atque auxilio mecum una non defuturum.....

Raciaziis ultima Maii 1579.

Dnis Vestrae Rmae

deditissimus frater et servitor

Stanislaus Karnkovius

Episcopus Wladislav. et Pomeraniae

Ibidem. fol. 481. — 1579, 20 maii.

In Dei nomine Amen. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, et sit notum. Quomodo anno a Nativitate Domini MDLXXIX, indictione septima, Pontificatus Sui in Christo Patris et Domini nostri, Dni Gregorii divina Providentia papae XIII anno septimo, die vero mercurii, in vigilia Ascensionis Domini, quae fuit XXVII ma mensis maii: In mea notarii publici testiumque infrascriptorum ad id specialiter vocatorum praesentia, constitutus personaliter coram Rmo. in Christo patre, domino, Dno Stanislao Karnkowski Dei gratia Wadislavien. et Pomeraniae episcopo Religiosus F. Gualterus a Braride Brabantius, Cartusianus, suo et totius sui Conventus, quod Paradisum Beatae Virginis vulgo appellant, in diocesi Wladislavien. in Pomerania siti nomine, obtulit libellum supplicatorium. Cuius tenor de verbo ad verbum subinsertus sequitur huiusmodi: Molestiae quibus se Fratres Paradysi B. Mariae in Pomerania ab Olivensi Abbate et eius fratre ac substituti officii quaerentur.

